

ORTHODOXIA  
DIVINÆ AB ÆTERNO  
PRÆDESTINATIONIS

ex Sede hujus Articuli Cardinali

*Ephes. I, 4. 5. 6.*

ASSERTA,

HETERODOXIÆ

Papistarum, Calvinistarum, Photinianorum,  
Arminianorum & Huberianorum

OPPOSITA,

&

*Sub gratiosis Ejus, à quo, in quo & per quem præ-  
destinati sumus, auspiciis*

PRÆSIDE

DN. JOH. HULSEMANNO,

S. S. Theol. D. & Prof. Publ. celeberrimo, Promotore  
& Præceptore suo maximè observando,

à

M. JOH. CHRISTOPHORO SELDIO,

Franco, Facult. Philosoph. Adjuncto,

olim

IN ACADEMIA WITTEBERGENSI

*d. XXV. Maji Anno M DC XLIII.*

publicè proposita,

nunc vero

*ob singularem, quem his temporis SS. Theol. STUDIO SIS  
præstabit usum, denuo recusa.*

LIPSIAE, Typis IMMANUELIS TITII, 1702.

31.

Coll. diss. A  
182, 3

sq. A 182 (3.)



Sächs.  
Landes-  
Bibl.





# ISAGOGÉ

Ἑτεροδοξίας originem detegens & ad Orthodoxam ἀνάλυσιν, Ἰπίλυσιν, ἤμεσιν & πρᾶξιν aditum recludens.

§. I.



Rædestinationis, sive salutis decreta, quæque ex ista, velut conclusio ex suis præmissis, inferitur, salutis acquisitæ, oblata, applicatæ & consummandæ veritatem demonstraturo & vindicaturo extrema duo declinanda sunt, videl. ne incidat in Scyllam *Papisticæ, Photinianæ & Arminianæ incertitudinis & dubitationis*, vel in *charybdin Calvinisticæ reprobationis*: Quod utrumque extremum si

evitaverit, feliciter superabit extremis istis superstructam molem errorum, quos erroneos hujusmodi errant circa salutis acquisitionem in Art. *de Christi persona & Officio*; circa acquisitæ oblationem in Art. *de Verbo & Sacramentis*; circa oblata applicationem in Art. *de Justif. & Regeneratione*; circa applicatæ testificationem in Art. *de Renovatione*; circa ejusdem consummationem in Art. *de Vitâ eternâ*.

2. Ut autem via ad sequentem Ἀνάλυσιν sit expeditior, operæ pretium est, ἤμεσιν *Ψευδερχμηνείας* evolvere & in prima principia inquirere. Deprehendimus verò universam, quam in hoc Art. fovent, ἑτεροδοξίαν niti tribus principiis; I. CORRUPTA PHILOGOGIA & vocum significantium improprietate. Hæc transversum egit (1) *Papistas*, qui uti aliàs semper, ita hæc vice neglectâ linguâ sacrâ, & Spiritus S. linguâ, linguam quorundam Patrum intempestivè amulati sunt, & unâ cum ἰσοτυπώσει ὑγιαίνόντων λόγων λόγος cœlestis veritatem amiserunt. Produco testes & hos quidem totius *Papismi*, interpretes *Bell. (a) & Greg. de Valent. (b)* quique sui Præceptoris &

A 2

An-

(a) *Lib. 2. de gratia & lib. arb. cap. 9.* (b) *Tom. 1. disp. 1. q. 23.*



Antecessoris vestigia premere gaudet *Tannerus*. (c) Hi licet magno consensu à Biblicà vocis *προνομιᾶ* proprietate deflectant, majori tamen dissensu circa acceptionis varietatem distrahuntur, adeò ut *Tannerus* hujus dissensus non conciliator sed proditor quatuor tandem colligat significationes, quarum priores tres *ἀγαθοὶ*, posterior sola *ἔγγραφοι* est. Eadem improprietate deceptus *Ambr. Catharin.* (d) docet, ab eterno *DEUM* suà gratuità bonitate omnes homines nemine eorum excluso, novisse, dilexisse, elegisse, & sic in Italia ad *Pucelianismum* apertam viam stravit. Quem errorem ejusdem discipulus *Sixtus Senens.* magno applausu propagavit, donec eundem, aliter à *Dom. Soto* informatus, retractavit (e). Nec majoris momenti est fictitia distinctio *Sarnani* (f), Prædestinationem accipi vel pro finis possessione, quam ab operibus & bono liberi arbitrii usu tanquam à causà suspendit: Vel pro eternà creature intellectualis preparatione ad gloriam, cujus causam divinam voluntatem agnoscit, (2) *Calvinistas*. Hi à *Dd. Scholasticis* seducti terminum *Prædestinationis* ad eò extendunt, ut contra *Scripturæ* dictamen electionem & reprobationem ceu species ipsi subjiciant. Testes advoco præter *Calvinistas* à nostris *Theologis B. Meisn.* (g) *B. Gerbardo* (h) citatos, *Theologos Synodales in Actis Syn. Dordr.* tum externos (i) tum provinciales, (k) quorum constans assertio est, duas esse *Prædestinationis partes, electionem & reprobationem*. Nec in *catagorematis* subsistunt, sed etiam *syncatagoremata* invadunt. Ita *Caronidis* compilator *Amesius.* (l) Hic, ne *Christum* è causarum categoria sine prætextu ejecisse videatur, abutitur propositione *Δὲ Eph. 1, 5.* (3) *Photinianos*: Hi, ne *Prædestinationis* immutabilitatem nobiscum asserere cogantur, *τὸ πῶ λῆξεως* nefariè abutuntur, & vel pro *nativà* verbi Eligendi acceptione *impropriam*, videlicet *metonymicam*, qua pro Eligendi Decreto accipitur, assumunt, præeante *Socino* (m), quam *παρερμηνείαν* ample-

(c) *Disput. 3. Tom. 1. quest. 2. dub. 1.* [d] in *Comment. ad Rom. 8, 28.* citante *Sixto Senens. l. 6. Bibl. S. Annot. 248.* [e] *l. 6. Bibl. S. l. cit.* [f] in *concil. controv. Thom. & Scot. n. 27.* [g] *Disp. 14. Anthropol. quest. 1.* [h] *Disp. 18. Isag. c. 1. §. 6.* [i] *Vid. judicium Embdarorum de Art. 1. in Actis Syn. p. 574. edit. Hannov. Molin. in Actis p. 305.* [k] *Explicitè Gomar. in Actis p. 26. implicitè Leidens. ib. p. 3. Deputati Syn. Zuvt. Holland. p. 47.* [l] *Artic. 1. de Elect. c. 11. p. 57.* [m] *pralect. c. 13. p. 63.*



plexus quoque est *Pererius* (a), vel propositiones hypotheticè explicandas categoricè resolvunt. Ita *Socinus* l. c. ubi postulatum Moisaicum hypotheticè exponendum categoricè explicat, atque immutabilis Electionis mutabilitatem ex isto inferre non erubescit. (4) *Arminianos*: Hi secuti *Photinianos* non tantum proprietatem verbi Eligendi cum improprietate h. e. vocatione & vocationis decreto permutant, teste *Hug. Grotio*, (b) & sic idem, quod contra Remonstrantibus (c) crimen objiciunt, incurrunt, sed etiam verba passiva non tolerandâ licentiâ, activè resolvunt. (d) Cum *Arminianis* facit *Volkel* (e). (4) *Huberianos*, qui in favorem suæ Universalis Electionis distinguunt inter ἐκλεκτῶν & ἐκκληλεγμένων; item inter Electionem generalem & specialem, & sic Dei dilectionem cum Electione imperitè confundunt.

II. Nititur illa ex corruptâ Philologiâ resultante HERMENEUTICÆ & ANALYTICÆ falsitate. Hæc miserè exercuit (i) *Papistas*: Μετάβασις enim εἰς ἄλλο γένος committunt, quando tum decretum, tum ejus executionem ex lege quàm ex Evangelio deducere, & ab hominis arbitrio, Dagone isto Papistico, quàm à Christi merito derivare malunt. Ita *Corn. à Lap.* (f) cum *Photin.* (g) & *Armin.* (b) distinguit inter prædestinationem completam & inchoatam, quæ distinctio coincidit cum *Vorstiana*, quâ alia statuitur firma alia infirma. (i) Adeò ut *Cornel.* cum suis gregalibus ex parte unâ in *Pelagianismum* incidat, ex parte altera in *Calvinismum*, cui patrocinantur *Papiste* & antiquiores (k) & recentiores (l). Hinc fit, ut talium contradictionum Papisticarum nec finis nec modus sit, teste certamine inter *Monachos Dominicanos* ac *Jesuitas* exorto *Lovanii* 1586. & biennio post in Hispania occasione opusc. quod de concord. lib. arbitrii & donorum gratiæ *Ludovicus Molina* evulgavit, tanta animorum exacerba-

A 3

ti-

(a) *Comment. Gen. 17. v. 14. p. 587.* (b) in *Annot. Eph. 1. v. 4.* (c) in *Apol. pæfat.* [d] *Apol. Armin. c. 18. p. 192. 193. in analysi vocis τεταγμένοι Act. 13, 48.* [e] *lib. 5. de vera Relig. c. 17.* [f] *Comm. Eph. 1, 4.* [g] *Socin. in prælect. c. 13. p. 61. 62.* [h] *Epist. ad Walach. p. 38. 39. Episcop. in thesibus p. 35. 38.* [i] *Vorst. in comm. 1. Petr. 1. p. 511.* [k] *Vide Ferrii specimen Scholastici Orb. c. 24.* [l] *Vide Tanner. Tom. 1. disp. 3. q. 4. dub. 1. ass. 3. Estium in comm. Rom. 9.*



tione agitato, ut sibi invicem hæreseos crimen objecerint, unde negotium ad Papam binis vicibus delatum est, sed nullo successu: Huic enim post diuturnam disputationem nihil determinare, sed antagonistis sua opinionum monstra relinquere placuit, interdicta tamen utrinque severiori censura. Vid. *Disp. Lessii Apologeticam*. Nec huc usque Jesuitæ, ubi pedem figerent, invenerunt, quorum nomine sisto Tannerum (a). Hic innumeris opinionibus implicatus, aliam approbat, aliam improbat, non quia scripturæ analogæ vel contrariæ, sed quia gratiæ congruæ, Delilæ Papisticæ amica est vel inimica. (2) Calvinistas tum in demonstrando, tum interpretando. In *demonstrando*. Et enim ad propugnandam thesin heterodoxam, *Christum fide apprehensum non ingredi decretum Electionis* abutuntur principiis Philosophicis tum *theoreticis*: *Effectum non esse causam* (b). *Idem non esse causam sui ipsius* (c). *Vi contrariorum uti Electionis ita reprobationis causam esse solam DEI voluntatem* (d). Tum *practicis*: *Quod est ultimum in executione, illud est primum in intentione* (e); ex quo principio inferunt difformitatem decreti & executionis. In *interpretando*, dum methodo planè præposterâ loca non parallela ceu parallela conferunt & heterogenea homogeneorum normam constituunt. Sic ex *Epist. Rom. c. 9. & seq.* de Prædestinatione pronunciare malunt, (f) quàm ex sede propriâ *Eph. 1, 4.* cum tamen in confessio sit, primarium Apostoli scopum fuisse, ut ostenderet, Judæos magnâ ex parte esse rejectos, ob securitatem & carnalem *confidentiam* cap. 9. ob *justitiæ propriæ fiduciam* cap. 10. ob *præfractam incredulitatem* cap. 11. (3) *Photinianos*. Socinus enim ut Electionis immutabilitatem labefactet, Dei præscientiam impugnat ex principio *Aristot. Futurorum non est determinata veritas*. Tales sese gerunt in disputando. In *interpretando* non dexteriores sese præbent. Sic *Volckelius* (g) ut distinctionis portentum [inter electionem firmam & infirmam] defendat, loca illa, in quibus vox *Electionis* pro segregatione sumitur, cum istis, in quibus pro æternâ prædestinatione accipitur, confundit. (4) *Arminianos*. Fatentur enim (b) se *Art. de Præ-*

[a] l. *suprà cit. quest. 5. dub. 10.* [b] *Polan. l. 4. synt. c. 9.* [c] *Ferrius in specim. c. 24.* [d] *Northollandi in Actis part. 2. p. 87.* [e] *Sohn. Tom 2. operum p. 1006. Censores Leidenses in censura c. 4. p. 60.* [f] *Paréus in comm. Rom. 9. dub. 4. Molinæus in Actis Syn. p. 398. Ames. in coron. Art. 1. cap. 3. & alii communiter.* [g] *lib. 5. de verâ Relig. cap. 17.* [b] *Remonstrantes in præfat. Apol. præmissâ.*



*Prædestinatione non ex Evangelio sed ex lege sive ratione præceptionum in qua totam scripturam medullam sitam esse censent, dijudicare. Utrique huic hæreticorum ordini communis est ἀσυνλογισία, quâ in vocum significationibus torquendis utuntur, & argumentantur à Possesse ad esse [a].*

§. 3. III. Ementitâ FIDEI ANALOGIA & hypothesium, quas in reliquis fidei articulis fovent, impietate. Tales hypotheser frequenter in Theologia (1) *Papistica* circa Electionis *objectum* in Artic. de pecc. Orig. ejusque remedio Baptismo, quando *Concil. Trident. sess. 5.* anathema indicit asserentibus, *per Baptismi gratiam non tolli totum id, quod veram & propriam rationem peccati habet*; quæ hæretica hypothesis invehit hæreticas conclusiones *de possibilitate implendi legem, de perfectione justitiæ operum, de vitæ æternæ ratione meritoria, & consequenter de Electione ex prævisis operum meritis.* Etenim si vita æterna in tempore ex meritis & propter merita confertur, non potest illa non dici ex meritis prædestinata. Vid. *Tanner.* [b] Circa *causam meritoriam*, quando idem *Concil.* anathema indicit omnibus negantibus *hominem per vires liberi arbitrii divinitus excitati sese disponere.* Circa *Instrumentalem*, dum enim anathema *sess. 6. can. 9. & 12.* interminatur credentibus, solâ fide hominem justificari, fidem justificantem esse fiduciam, eo ipso fidei actum Electionis ingredienti derogat. (2) *Calvinistica*, circa meritoriam. Synodus Dordr. enim canonizat dogma illud, Christum efficaciter fuisse mortuum tantum pro Electis, non autem pro reprobis. Summatim Theologia Calvinistica & Orthodoxa toto systemate dissidet, uti nervosè hoc ipsum demonstrat *Rev. Pl. atque Excell. Dn. Preses, Præceptor & Promotor colendiss. in disput. de Calvinismo irreconciliabili q. 1. prob. 2. n. 2. & 3 [c]* (3) *Photiniana* circa causam meritoriam, instrumentalem, objectivam [d]. (4) *Arminiana*, itidem circa meritoriam. Christi personæ enim non parùm derogat, dum communionem possibilem & licitam judicat cum iis, *qui credunt Christum non esse nisi hominem ex hominibus [e].* Circa *fidem*, quam per opus & actum nostrum definit, cujus hæreseos præsidium imprudenter petit ex *Aug. Conf. Art. de Bb. operibus [f].* Circa *objectum eligendum*; negat enim cum Photin. peccatum originis, adeoque

[a] *Remonstr. in Apol. cap. 18.* [b] *Tom. 1. disput. 3. q. 4. dub. 3.* [c] *Adde Ἀσυνλογισία Exc. Dn. D. Hunnii quest. 3. c. 3.* [d] *Catech. Racov. art. 4. & 5.* [e] *Apol. Remonstr. cap. 3. pag. 53.* [f] *Rem. in Apol. c. 10. p. III.*



que hominem ut lapsum Electioni substerni, unde post varias hypothesen concludit, *peccatum illud nec malum culpa, nec malum pœnæ esse.*  
 [a] Huic totidem hæresium γενέσει opponere visum fuit *classici dicti* Eph. i. v. 4. 5. 6. (1) ἀνάλυσιν, quâ cujusvis dictionis significatio (& consequenter singulorum versuum sensus) eruitur ex concordantiarum συμφωνία, ex contextus & scopi συνεπεία, ex parallelorum ἀλληλεσχία, allatis simul & collatis versionibus & expositionibus, ex fidei ἀναλογία, conformitati, quæ in decretum atque executionem ejusdem cadit, superstructa. (2) ὑπὸ πύσει, hoc est, debitam præmissæ Αναλύσεως ab Adversariorum corruptelis vindicationem. (3) γενέσει h. e. ex ἀναλύσει atque ὑπὸ πύσει sequentem thesisi & antithesisi illationem. (4) πράξις h. e. orthodoxæ explicationis vindicata & demonstratæ applicationem ad usum theoriæ & practicæ.

T E X T U S

Apost. ex Epist. Eph. i. v. 4. & seqq.  
 vers. 4.

Καθὼς (ὁ πατὴρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστός) ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, ἵνα ἡμᾶς ἁγιάσῃ καὶ ἀμώμῃς κατ' ἐνώπιόν αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ.

vers. 5.

Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἰοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν δόξαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

vers. 6.

Εἰς ἑπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσιν ἡμᾶς ἐν τῷ ἡγαπημένῳ.

MEMBRUM I.

Exhibens textûs Ἀνάλυσιν Logicam Grammaticam & Theologicam.

§. 4. Ne verò ex nondum concessis & prædemonstratis procedere videar, explicationi ὅτι quid nominis & rei præmittenda est Demonstratio ὅτι αὐτῆς: h. e. Apostolum ex professo Eph. i. v. 4. 5. 6. in totius Prædestinationis apparatus inquirere. Demonstratur illud (1) ex resolutione tum universali, totius vid. Epistolæ: Sicut enim Apostolus in parte Epist. posteriore utpote paraneticâ, præcepta ac Chri-

[a] in Apol. cap. 7. p. 85.



Christianæ vitæ requisita, & generalia & specialia certis hominum statibus accommodata profequitur, ita in parte *priore* theoretica gratiæ divinæ ab æterno decretæ, per Christum autem exhibitæ amplitudinem extollit antithesi nostræ miseræ illustratam. Tum *particulari* Cap. 1. trimembris. In membro *primo* præmittitur inscriptio; in *secundo* à v. 4. ad 7. evolvitur decretæ gratiæ altitudo, profunditas & latitudo, præmissa *δοξολογία* v. 3. A. v. 7. ad 15. subjungitur decretæ gratiæ executio, consistens in acquisitione v. 7. in applicatione per remissionem peccatorum *ibid.* per regenerationem v. 8. 9. ἀνακεφαλαιώσῃ Angelorum & hominum sub Christo v. 10. In *tertio* concipitur precatio pro Ephesiis in fide confirmandis. (2) ex *sufficienti enumeratione* tum *causarum*: Introducitur enim *gratuita & misericors DEI voluntas* decernens, v. 4. ἐξελέξατο (ὁ θεός) v. 5. καὶ τὴν Ἑδοκίαν ἔδωκεν αὐτοῖς. Christus electionem promerens v. 4. ἐν αὐτῷ v. 5. διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ. Fides Christum apprehendens ἐν αὐτῷ v. 4. Homo lapsus *objectivè* concurrens v. 4. & 5. ἡμᾶς. Gloria divinæ gratiæ à parte Dei, salvatio & filiationis consummatio actum Electionis à parte nostri sub ratione finis terminans v. 6. εἰς ἔπαινον &c. v. 4. εἰς ὑιοθεσίαν. Tum *attributorum*, qualia sunt *æternitas* & cum hac connexa *immutabilitas* v. 4. πρὸ καταβολῆς κόσμου. (3) Ex ipsorum *Adversariorum* confessione. Ex professo Artic. de *predest.* hic pertractari fatentur & *Papistæ* [a] & *Calvinistæ* [b] & *Photiniani* [c] & *Arminiani*. [d]

§. 5. Hisce præmissis subjicienda restat *Analytis Grammatica & Theologica*. Ut verò *Apost.* in vestibulo conformitatem decreti atque executionis inculcet, exorditur à *characteristicâ similitudinis* ΚΑΘΩΣ, quæ in Sacris *triplicem* obtinet significationem. Adhibetur enim ad exprimendam 1. *paritatem*, quando conferuntur extrema paria Luc. 24. 39. 2. *Similitudinem* Joh. 20, 21. ubi conjunguntur extrema similia. 3. *Essentialem conformitatem*, Joh. 16. 11. & 21. Conf. D. P. Tarnov. in *Comm. b. l.* item in *lib. de Trinit. Socino opposito pag. 451. & seq.* Posterior acceptio huic loco maximè *conveniens* est, adeò ut τὸ καὶ ὡς respondens Ebræo וְ, quod ve-

B rita-

[a] Corn. à Lap. Estius, Menochius in *comment. b. l.* Adde Greg. de Valent. Tom. 1. Disp. 1. p. 493. 494. [b] Synodales in *Actis part. 1. & 2. præsertim pag. 341. Hassiaci p. 526. 528. Embdani p. 573. Ante hos Beza in Annot. b. l. Pisc. in comm. Marlor. in comm. Schönfeld in summario cap. 1. Eph. præmissio. Post istos, Censores Leidenses in *Cens. cap. 8. p. 182.* [c] Socin. in prælect. c. 13. Volkel. l. 5. de verâ Relig. c. 13. & 17. [d] Arminius *Disput. 18. Lugd. Bat. habita. Ejusd. successor Vorstius in comm. b. l. Auctores Apologiae c. 18.**



*ritatis* vocant, omnimodam identitatem decreti atque executionis ( nomine *εὐλογίας* expressæ) denotet: Videlic. quod Deus eo modo & eas ob causas nos elegerit ab æterno, quo modo & quas ob causas benedicit nobis in tempore. Hujus acceptionis veritas adeoque decreti & executionis congruentia eruitur I. *ex antecedentium & consequentium collatione seu ex causarum benedictionis & Electionis identitate.* Introducitur enim eadem causa *principalis* Deus Pater v. 3. 4. 5. Eadem *meritoria* Christus ib. Eadem *instrumentalis* fides; cujus interventu dicimur Electi *ἐν χριστῷ* v. 4. benedicti in eodem v. 3. cum citra fidem Deus non benedicat sed maledicat, non eligat sed reprobet. Eadem *objectiva* seu materia *circa quam*, quæ substernitur æternæ Electioni & temporali benedictioni (*ἡμεῖς*) v. 3. 4. 5. Eadem *finalis*, laus gloriosæ gratiæ v. 6. II. *Ex decreti atque executionis conformitate* assertâ Rom. 8. 30. quæ conformitas nisi admittatur, Dei omnimoda immutabilitas labefactabitur. Mutaretur enim decretum *vel quia non vellet*, quod inconstantia & voluntatis mutatae argumentum est, vel *quia non posset*, quod impotentia documentum est. III. *Ex Adversariorum ingenuitate.* Stabiliunt harmoniam modo assertam, & hoc ipso particulam *καθὼς* decreti atque executionis consonantiam denotare concedunt plures ex *Calvinistis*, *Theologi in Actis Syn. Dordr.* [a]. In specie Britanni p. 491. Wetteravici p. 46. *Executio*, inquit, [ut habet maxima Theologica] est *speculum decreti.* *Leidenses* [b] Talia sunt decreta, qualis est eorum executio; quam maximam totidem ferè terminis inculcant alii [c]. Ex *Papistis* Greg. de Valent. [d] Pererius [e] & hos secuti alii [f], qui malunt pelagianizare, quàm difformitatem decreti concedere, h. e. ut conformitatem istam salvam retineant, Prædestinationem ab operum meritis suspendere non dubitant. Vid. *Greg. de Valent. l. cit.* Nec obstat, quod post alios *Bellarmin.* [g] contendat, aliam esse rationem prædestinationis aliam executionis; quia nihil aliud vult, quàm id, quod est prius ordine causalitatis in intentione, hoc esse posterius ordine temporis in executione. Vide *Tostatum.* [h] Ex *Photinianis* *Volckelius*, quâ conditione, inquit, ado-

[a] *Exam. 1. Art. pag. 291.* [b] *part. 2. p. 9. It. in censura Confess. Remonstr. c. 4. p. 59.* [c] *Zanch. in comm. b. l. Sohn. Tom. 1. in Meth. Theol. p. 255. Id. Tom. 2. art. de Prædest. p. 992. Tilenus in consider. Confess. Armin. de Prædest. c. 1. p. 7. Polan l. 4. Synt. c. 9. Chamier Tom 3. Panstr. c. 8. c. 6. §. 22. Alsted. Theol. Prophet. part. 1. Loc. 8.* [d] *Tom. 1. Disp. 2. q. 23. pag. 4.* [e] *Comm. in Gen. 12. v. 1. pag. 455.* [f] *Menochius in Comment. Eph. 1.* [g] *lib. 2. de Gratia cap. 13.* [h] *Comm. in Matth. Tom. 3. f. 94.*



adoptionem nobis obtulit, eadem etiam DEUS olim destinavit. [a] Ex Arminianis Autores Confess. & Apologia [b]. Ex hac executione, inquit, ejusque ratione & modo judicium faciendum est de decretis ipsis. Talia enim omnino sunt decreta, qualis est eorum executio.

§. 6. Ἐξελέξατο. Syrus בָּרָא à rad. נָבַר formata, quæ in conjugatione Ethpaël v. II. repetitur. Unde descendit verbale נִבְרַח Rom. II, 5-7. juxta MS. Colonienſe *Raphelengii*: vel juxta alias editiones נִבְרַח *Vulg.* elegit. Dicitur autem Aorist. I. ἐξελέξατο cum notatione temporis præteriti non respectu *Dei Eligentis*, cui quoniam cœxistunt omnes temporis differentiæ, nec elegisse nec electurus appellatur, sed ratione *Electorum*. Et hætenus de τέρπω λέξεως. Quoad significationem & τέρπον πραγμάτων tenendum, Aoristum hunc, utpote terminum concretivum, duo importare, rem denominatam & formam dominantem. *Res denominata* est tum terminus à quò, nimirum causa principalis, Pater D. J. Christi v. 3. Tum *objectum* seu terminus ad quem, homo finaliter in fide perseverans qui eligitur. Tribuitur autem Electio DEO considerato non *personaliter*, cum electio sit actio indivisa adeoque omnibus divinitatis Personis communis, perinde atque executio, justificatio, salvatio, non vero personalis, qualis est generatio, inspiratio: Sed *essentialiter* atque *causaliter* ratione intentionis & decreti velut actio communis, ita tamen ut haud secus atque in operibus ad extra servetur ordo personarum, non quidem talis, qualem, ut solent, contra Scripturæ dictamen fingunt *Keckermannus, Goclenius, Bucanus* [ quibus tres personæ divinitatis sunt causæ sociæ ] & cum his *Piscator*, in cujus lexico Christus audit *causa electionis instrumentalis*, atque sic quantum in ipsis est ὁμοσίαν personarum labefactant: Sed potius ut *Pater in Filio cum Spiritu Sancto nos elegisse dicatur*. Hanc ob causam Electio assignatur non tantum Patri, sed etiam Filio & Spiritui Sancto, qui, dum introducitur ceu principium executionis I. Cor. 12, 13. Joh. 3, 6. simul constituitur principium decreti & intentionis. *Terminus ad quem & objectum* est homo credens, de quo §. II. *Forma utrumque terminum denominans est Electio*, quæ h. l. sumitur non *generaliter*, prout transfertur, vel ad res, quarum altera alteri præfertur, sive etiam præstantiori usui destinatur *Gen. 13, 11. Deut. 12, 11.* Vel ad *personas*: Legitur enim vox ista usurpata *de Christo Esa. 43, 10. Matth. 12, 18. de Angelis I. Tim. 5, 21. de hominibus, ad publica officia Ecclesiastica vel politica*

B 2

litica

[a] Lib. 5. de verâ Relig. c. 17. [b] cap. 4. sect. 2. Adde Vorstium in Comment. super 2. Theſſ. 2. in LL. comm. pag. 440.



*litica selectis Ex. 18, 25. Deut. 18, 5. Luc. 6, 13. Job. 15, 16. Quo pertinet Deut. 4, 37. c. 7. 6. ubi Electio coincidit cum vocatione : Sed specialiter, pro æternâ prædestinatione finaliter credentium ad vitam æternam. Hujus Electionis contra Adversarios demonstranda est quidditas, quantitas & qualitas.*

§. 7. *Quidditas sive significationis veritas, quâ intelligitur Electio & ad gratiam & ad gloriam, impugnatur ab Arminianis [a] contendenti- bus, intelligendam esse tantum Electionem ad gratiam, quam incomple- tam vocare consueverunt. [b] Hos sequitur Corn. à Lap. [c] Refellitur hæc depravatio [1] ex antecedentium & consequentium περιδιορισμῶ. Tum quia talis intelligenda est Electio, qualis v. 3. describitur benedictio. At- qui benedictio ista non est incompleta & partialis ad solam gratiam re- stricta, sed totalis, complexa simul & gratiam & gloriam, sicut testatur ad- jecta nota universalitatis, πάση v. 3. Nec diffitetur hoc ipsum Remon- strantium Patriarcha Arminius *Disp. de Prædest. 0. 7. Res illæ* (quas obje- ctum prædestinationis constituit) *ab Apost. generali vocabulo Benedictio- num spiritualium appellantur, quales sunt in hac vitâ justificatio, adoptio in filios, Spiritus gratiæ & adoptionis, denique post hanc vitam vita æterna. Tum quia dicimur Electi ab æterno. Atqui Electio illa ad gratiam seu segregatio à reliquâ turbâ fit in tempore. [d] Adde, quod dicamur præde- stinati ad υιοθεσίαν, non tantum gratiosam sed etiam gloriosam, ut pau- lō post probatum dabimus §. 26. [2] ex locorum parallelismo. De quâ ele- ctione Apost. loquitur Rom. 8, 29. de eâ quoque differit h. l. Atqui Rom. 8. loquitur de electione ad gratiam simul & ad gloriam. Major & minor est Remonstrantium, loca adducta ceu parallela conjungentium. [e] (3) Ex consequente incommodo. Admissa enim Electionis improprietate, dimittenda esset proprietas totius textus Apostolici, expungenda esset æternitatis περίφρασις, πρὸ καταβολῆς κόσμου, vel insigniter depravan- da, cum electio ad gratiam æternitatem in textu expressam ignoret : In- telligenda foret per Θέλημα v. 5. voluntas antecedens non consequens. Hæc singula verò ἀσύστατα esse, hujus analysis nostræ perpetuus tenor edocebit.**

§. 8. *Quantitas Electionis præmunienda est contra Puccianos & Huberianos. Adstruit h. l. Apost. electionem non universalem & indetermi- na-*

[a] *Apol. cap. 18. pag. 197. [b] Grevinch. citatus in actis pag. 508. [c] in comm. Eph. 1. v. 5. [d] Autores Conf. & Apolog. c. 18. [e] in Confess. cap. 18. num. 1.*



15

*natam seu indiscretam, sed ad certos homines eosque in fide perseverantes determinatam.* Eruitur hæc acceptio [1] *ex generali notione.* Notat enim terminus *Electio* ad personas relatus perpetuò separationem & segregationem. Conf. *Job. 15, 16. Luc. 6, 13.* [2] *ex antecedentium & consequentium evolutione;* cum nulla *Electio* causa ceu universalis introducatur: Non *principalis*, quæ est *ἄδοκία & θελήματ' αὐτοῦ* v. 5. Denotatur enim voluntas consequens non antecedens vid. §. 30. Non *meritoria* v. 4. *ἐν χριστῷ* v. 5. *ἀλλ' ἐν χριστῷ* v. 6. *ἐν ἀγαπημένῳ.* Licet enim meritoria causa universalis sit & à parte *Dei intendenti*, & à parte *Christi exequentis*, particularis tamen evadit à parte hominis efficaciam ejus per incredulitatem rejicientis. *Joh. 3, 18.* Non *objectiva*: *ἡμᾶς* v. 4. & 5. Substernuntur enim *electio* homines non *indiscriminatim omnes*, sed sancti, fideles, v. 1. benedicti seu cumulati benedictione spirituali v. 3. Vid. §. 15. Non *finalis* *ὁμοθεσία* v. 5. Hæc enim contingit non omnibus, sed tantum finaliter credentibus, per ea quæ infra §. 16. adducentur. (3) *Ex locorum parallelorum collatione.* Loca ista sunt in duplici differentia; quædam sunt *propria* concernentia & circumscribentia, vel ipsos *Electos* *Col. 3, 12. Rom. 11, 15. Eph. 4, 3.* vel *Electio* fundamentum *Job. 15, 4. 5. Rom. 11, 24. Ebr. 3, 14.* Vel *principium* *2. Tim. 2, 9. Matth. 7, 23.* Vel *discrimen* electorum à non-*Electis* *Matth. 24, 24. Job. 10, 26. Rom. 11, 7.* Quædam *tropica & figurata*, in quibus asseritur non *omnium*, sed *quorundam* saltem nomina esse incripta libro vitæ *Dan. 12, 1. Luc. 10, 20. Apoc. 21, ult.*

§. 9. *Qualitas* *Electio* asserenda est tum contra *Papistas* tum contra *Calvinistas*, & qui cum *Papistis* ferè conspirant, *Photinianos*, nisi quod *meriti* nomen fastidiant. Contra *Papistas & antiquiores & recentiores* [a] demonstratur, h. l. intelligi *electio* ad gratiam & ad gloriam non à prævisis hominum operibus & meritis suspensam, sed plane gratuitam. Huic acceptio certitudinem conciliat (1) *Vocis notatio.* Etenim vox eligendi secundum propriam indolem notat gratuitam dilectionem & segregationem, sicut evincunt loca §. 6. adducta. (2) *causarum ab Apost. h. l. enumeratarum inductio.* Removet opera ab actu *Electio* causa tum *principalis* v. 3. 4. Tribuitur enim Deo Patri *electio*, non ita ut divisa sit inter Deum & hominem & consequenter *inclusivè*, sed *exclusivè*, quod manifesta docet oppositio *Job. 15, 16.* atque evidens determinatio, *ἐν αὐτῷ* v. 4. Dicitur hîc *Electio* facta *in Christo*, quoniam in nobis, cujus intuitu eli-

[a] *Turrian. Stapleton. Molin. quos citat Lessius Disput. de Prædestin. Becanus part. 1. Theol. Schol. cap. 14. q. 4.*



geremur, non invenit. Tùm *meritoria*; quæ est Christus, v. 4. & 5. Atqui Christus non apprehenditur operibus, sed fide. Tùm *objectiva*. Hæc non est homo integer & sanctus, à quo operum merita possent expectari, sed peccator, filius iræ, *Eph.* 2, 3. Vid. §. 12. Tùm *finalis*. Sumus electi, ut essemus sancti v. 5. non quia eramus sancti. Atqui sanctitas, utpote finis, non ingreditur finiti essentiam tanquam causa meritoria. (3) *Decreti executio*. Qualis est benedictio, talis est electio, fatentibus Papistis §. 5. citatis. Elegit enim nos sicut benedicit v. 4. Atqui benedictionis ortus, progressus & terminus est χάρισμα seu gratuitum Dei donum *Rom.* 6, 23. Conjugi posset (4) II. parallelorum opera planè excludentium testificatio 2. *Tim.* 1, 9. *Rom.* 9. 11.

§. 10. Contra *Calvinistas* evincendum est, inculcari h. l. ab Apost. Electionem non omni ex parte absolutam, sed ordinatam, seu à certarum causarum serie suspensam. Huic expositioni favet benedictionis atque electionis harmonia. Talis est electio, qualis benedictio juxta Apost. v. 3. & 4. *Ἀλογήσας καθὼς ἐξελέξατο* consentientibus Calvinistis §. 5. allegatis. Atqui benedictio illa non est absoluta sed ordinata includens media tum, à parte Dei offerentis organa benedictionis, verbum & Sacramenta; Tùm à parte hominis acceptantis istam benedictionem per fidem; quam velut organicam causam in electionis executione concurrere, nobiscum Calvinistæ [a] contra Papistas asserunt.

§. 11. ἡμᾶς. Exprimitur ab Apostolo terminus ad quem Electionis, seu objectum non inadæquatum, quod asserere coguntur omnes Papistæ (b) & Calvinistæ [c], qui Christum & Angelos electionis decreto substernunt, decepti locis pravè intellectis *Matth.* 12, 18. 1. *Tim.* 5, 21. ubi sermo est de electione toto genere ab hac nostrâ diversa, [d] sed adæquatum & totale, quod est homo. Num verò Electionis objectum sit homo in statu nature institutæ & perfectionis, vel potius in statu nature destitutæ seu defectiois, controversum est. Multi ex Papistis & vetustioribus, [e] & recentioribus [f] præsertim ex Dominicanis inquisitoribus, sibi persvadent, objectum esse hominem ante lapsum in massâ integrâ, quasi suppositio massæ corruptæ pugnet cum verbis Apostoli *Rom.* 9, 13. Papistas sequuntur Calvinistæ, ita-

[a] In *Artic. de justif. & vitâ eternâ*. [b] *Thom. part. 1. Sum. q. 23. Greg. de Val. Tom. 1. disp. 4. q. 13. punct. 2.* [c] *Bucan. in Loc. de Prædest. 36. q. 6. Polan. l. 4. Synt. c. 8.* [d] teste *Daneo in Comm. 1. Tim. 5. 21.* [e] *Cajetan. Comm. Eph. 1. Titelm. in argum. Epist. Rom. secuti Lombardum Hugonem, Thomam.* [f] *Perer. Comm. in Eph. disp. 12. Estius Rom. 9. 13.*



tamen, ut sibi parum constent, unde famosa ista distinctio inter *supralapsarios* & *sublapsarios* orta, quorum illi hominem integrum, hi verò lapsum electionis objectum esse censent. *Quidam* asserunt directè hominem integrum esse objectum: [a] *Quidam* indirectè huic opinioni monstrosæ subscribunt, quando decretum Electionis ipsum creationis decretum præcessisse contendunt. [b] Hæc verò hypothese stante cadit & tollitur sententia & illorum, qui hominem integrum, & istorum, qui hominem corruptum supponunt, ideò, quod objecti loco non-Ens constituent. *Quidam* hominem ab utroque statu abstrahendum, & ut definiatur, an DEUS in eligendo consideraverit homines ut lapsos, an verò ut non-lapsos, necessarium non esse somniant [c], quam facilitatem miror nec à Remonstrantibus in Apologia deprehensam & castigatam, nec à cæteris Synodalibus utpote Belgicæ confessioni parum conformem, examinatum fuisse. *Quidam* nobiscum faciunt, adeoque per τὸς ἡμᾶς hominem, quatenus lapsus seu corruptus est, intelligendum esse concedunt.

§. 12. Veritatem hujus expositionis arguit 1. *Textus cohesio*. Juxta quem statum homo est objectum benedictionis, juxta eundem est objectum electionis. Atqui benedictionis objectum est, non quatenus benedictione cumulatus, sed quatenus ista spoliatus seu maledictus 2. Corinth. 5, 21. Item. Juxta eum statum est objectum, juxta quem est in Christo v. 4. Atqui in Christo est, non quatenus integer, negato enim morbo, negatur morbi Medicus & remedium, sed quatenus est peccator fide donatus. 2. *Electionis executio* seu hominis vocandi, justificandi, salvandi collatio. In quo statu homo est objectum vocationis, justificationis & salvationis, in eo quoque est objectum electionis: Atqui in statu corrupto est objectum vocationis &c. Major est concessa à sanioribus Calvinistis [b] Ita Patreus [c] De objecto, inquit, tutò ac verè dici posse arbitror, Deum tale genus hominum prædestinasse, quale vocare, justificare, glorificare, decreverat ex doctrinâ Apost. Rom. 8, 30. lapsu nimirum suo miserabile. Minor pa-

[a] Calvin. l. 3. Inst. cap. 22. 23. quem in contrariam sententiam frustra pertrahere conantur Leidenses in Censurâ cap 5. p. 75. Vid. Apol. Remonstr. c. 5. p. 64. cum Calvino facit Beza in notis Maj. ad Rom. 9. in Tract. de Prædest. contra Castell. Daneus, Piscator, Maccovius. Polan. l. 4. Synt. c. 9. Ferrius in specim. S. O. c. 23. n. 6. Licet hanc opinionem Gautius & Capellus in approb. isti lib. præfixa probare non audeant. Adde Gomar. p. 2. Act. syn. Dord. publicâ protestatione hanc opinionem amplexum. [b] Censores Leidenses in censura [c] Deputati Synodi Zuythollandicæ in Actis part. 2. pag. 79. [d] Ita Theologi Synodales in Actis p. 293. [e] in Epist. Syn. Dordr. transmissa.



patet ex dictis Eph. 2. 1. & seq. Rom. 3, 23. 3. *Adversariorum saniorum confessio*: Adstipulantur orthodoxæ expositioni præter Calvinistas, *Sobnium*, *Keckermannum*, *Perkinsum*, *Piscatorem* à nostris Theologis [a] passim citatos, plures alii [b] 4. *Absurdorum consecutio*. Sequeretur ex contrariâ analysi, hominem electum esse non in Christo v. 4. non per Christum v. 5. sed extra & circa Christum. Eundem fuisse incarnandum, licet homo non fuisset lapsus, quod licet imprudenter asseruerint multi ex *Papistis* antiquioribus citatis à *Greg. de Valent.* [c] & post hos *Jesuita Perius* [d] *Christum venturum fuisse non ut Redemptorem & liberatorem, sed ut gloriæ perfectorem*: saniores tamen illud constanter negant, quoniam concessâ hâc hypothesi Photinianis satisfieri non posse advertunt.

§. 13. Ejusdem Objecti, cujus *qualitas* hætenus contra *Papistas & Calvinistas* determinata fuit, *quantitas* porrò determinanda est tum contra *Photinianos & Arminianos* tum contra *Huberianos*. Contra illos tenendum per ἡμᾶς denotari non certum genus hominum, ut *Adversarii* volunt [e] sed certos quosdam homines, nominatim & in individuo. Hanc expositionem stabilit (1) *contextus συνέπεια*. Ad quoscunque enim restringitur benedictio, de quâ v. 3. adoptio v. 5. dilectio v. 6. ad eosdem restringitur Electio. Atqui ad certos homines in individuo restringitur benedictio &c. *E. Major & Minor* patet *ex textu*. (2) *Executionis συμφωνία*. Quia nominatim ad certa individua refertur vocatio καὶ δωρεῶν, justificatio, glorificatio. (3) *Locorum* tum propriis tum figuratis verbis *conceptorum* ὡς ἀληθῶς. Sic Christus de suis discipulis pronunciat nomina ipsorum scripta esse in cælis *Luc. 10, 20*. Idem testatur *Apost.* de suis adjutoribus *Phil. 4. 3* Contra *Huberianos* iisdem argumentis, quibus supra §. 8. everfa est *universalis Electio*, evincitur, per pronomen ἡμᾶς intelligi homines non omnes indiscriminatim, sed quosdam, videlicet in fide finaliter perseverantes.

§. 14. *Ἐν αὐτῷ*. Possent hæc verba dupliciter exponi, juxtâ duplicem acceptionem particulæ ἐν. Adhibetur illa vel *ut characteristica ordinis*: Ita Electi dicuntur in Christo *tanquam in capite*. Deus enim prævidit ab æterno, quinam per fidem Christo capiti mystico ceu membra essent inferendi, & in unione istâ perseveraturi. Vel *ut characteristica causalitatis*, ita ut

[a] *B. Gerhard. disp. 18. Isagog. c. 4. §. 11.* [b] *Theol. Synod. omnes Britanni, in actis p. 491. Palatini p. 516. Helvetii p. 537. Genevenses p. 552. Item Provinciales excepto Gomaro & Deputatis Syn. Zuytbollandica.* [c] *Tom. 4. Disp. 1. q. 1. punct. 7.* [d] *Comm. in Gen. 2. 19. quest. 5. p. 179.* [e] *Socin. Praelect. c. 13. p. 70.*



ut notet causam meritoriam, & hunc efficiat sensum, *Deum elegisse nos per & propter Christum*, tùm quia Græcum ἐν respondet Ebræorum ך, quod sæpius causaliter accipitur pro *per, propter*: Gen. 29, 18. Deut. 24. 16. Tum quia idem ἐν resolvitur in characteristicam causalem Διὰ v. 5. Dicitur significanter ἐν αὐτῷ non ἀπ' αὐτῷ. Consideratur enim Christus h. l. non nudè & seorsim ceu λόγος ἄσαρκος, prout est Patri ὁμοούσιος, aliàs Apostolus dixisset, nos esse Electos ab ipso non in ipso: Sed ut λόγος ἐνσαρκος, & ut Mediator. Unde colligitur, ab Apost. duas exprimi Electionis causas, *meritoriam videl. & instrumentalem.*

§. 15. Prius, Christum ingredi Electionem, non tantum consequenter, ut salutis fundamentum, atque electionis executorem, sicut Calvinistæ docent [a], sed ut causam meritoriam, evincitur (1) ex antecedentium & consequentium consideratione: quia in Christo dicimur Electi, sicut in ipso dicimur benedicti v. 3. sicut dicimur per ipsum prædestinati, in ipso chari redditi & redempti v. 6. & 7. Atqui benedicti, prædestinati, chari redditi, redempti sumus in ipso, tanquam in causâ meritoriâ. (2) Ex decreti atque executionis conformitate. Christus ingreditur vocationem, justificationem, & salvationem, ceu causa meritoria. E. etiam ipsam Electionem. Consequentia nititur fundamentis suprâ §. 5. adductis. Antecedens si Calvinistæ negaverint, ad Photinianismum, quem toties in Remonstrantibus suspicantur atque execrantur, viam præmunient. (3) Ex locorum parallelorum inductione. 1. 2. Tim. 1, 4. Eâdem gratiâ, quâ vocamur, salvamur in tempore, electi sumus ab æterno. Atqui gratia ista obtingit per & propter Christum. 2. 1. Petr. 1, 1. ubi dicimur electi καὶ πρόγνωσις: Hæc autem respicit tùm Christi meritum, tùm fidem illud meritum apprehendentem. (4) Ex absurdorum, quæ ex contrariâ hypothese sequuntur, illatione. Labefactatur enim 1. Redemptionis necessitas. Nam voluntas efficax salvandi & reconciliatio redemptionem præcessit aut non præcessit. Si hoc; Christus utique causa meritoria erit. Sin illud, utique reconciliationem Christus non promeruit. Quam hæresin nisi ejurent, Photiniani satisfacere nequeunt, quicquid etiam hætenus tentaverint Lucius, Paræus, Crocius in scriptis tùm Elencticis, tùm Exegeticis. Vid. D. Graveri Harmon. Calvin. & Photin. cap. 7. (2) Dei immutabilitas. Sequeretur Deum propter aliam causam in tempore homines salvare & propter aliam, quâ nos salvet, decrevisse. (3) Ex Adversariorum confessione. Veriori expositioni enim præter Zanchium, Per-

C kin-

[a] Theologi Synod. in Actis Syn. Dord. Britanni part. 1. p. 491. Helvetii p. 538. Embd. p. 585.



kinsum, Piscatorem, Polanum citatos à nostris Dd. [a] ad stipulatur *Daneus* [b] *Vorstius* [c] adhuc in Calvinistarum castris militans.

§. 16. *Posterius*, fidem scilicet concurrere ad Electionem non per modum qualitatis meritoriae, sicut Calvinistæ quidam impudentiores [d] nobis affingunt, sed sub ratione causæ Instrumentalis, vel ut alii loquuntur, instar conditionis, determinationis, & perpetuæ notæ electorum, confirmat 1. *Contextus*. Etenim quo modo obtingit benedictio, hoc est, justificatio, adoptio, eo modo contingit electio. Atqui benedictio non nisi per fidem contingit. E. *Major* superstructa est fundamentis §. 5. allatis. *Minor* est itidem ab Adversariis concessa. [e] 2. ll. *parallelorum consensus* (1) 2. *Thess.* 2. 13. *Elegit vos Deus ab initio ad salutem in sanctificatione spiritus & fide veritatis*. Determinatur ab *Apost.* electionis principium & medium: *Principium* h. e. ipsa æternitas. Etenim τὸ ἀπ' ἀρχῆς denotat principium non ἐναρχον seu initium prædicationis Evangelicæ, sicut hæc verba depravat *Vorstius*; [f] sed ἀναρχον, in quo significatu sumitur *Mich.* 5, v. 2. [g] *Medium* indigitat *Apost.* 1. c. idque geminum alterum exhibitivum à parte Dei ἐν ἀγιασμῶ πνεύματι: qui ἀγιασμός est ipsum ministerium verbi, per quod Deus nos vocat vocatione sancta 2. *Tim.* 1, 19. sanctificat *Job.* 17, 7. Alterum receptivum à parte nostri: Nam verba ista in fide veritatis referenda sunt non ad salutem, sed ad potius & nobilius catagorema εἴλετο. (2) *Jac.* 2, 5. *Nonne elegit DEUS pauperes hujus mundi divites in fide*. Describit h. l. *Apost.* non Electionis finem atque executionem, ut volunt *Piscator* & *Tossanus*, qui subintelligunt τὸ γενέσθαι, quam depravationem repudiat *Vorstius* in *Comm.* b. l. sed ejusdem actum, qui fertur in eos, quos prævidit efficaciam Spiritus Sancti per Evangelium in Christum credituros. 3. *Rationum evidentium concentus*. Petuntur illæ tum à Dei prævisione, quæ facta est καὶ πρὸ γένεσιν. Atqui πρὸ γένεσιν illa respicit fidem CHRISTUM apprehendentem, unde ad sanguinis asperisionem, quæ non nisi per fidem fit, refertur 1. *Petr.* 1, 2. Tum à Dei Eligentis dilectione: Hæc quia specialis est, fertur tantum ad fideles *Ebr.* 11, 6.

§. 17.

(a) *B. Gerbard. Disp. Isag.* 19. c. 5 §. 7. *B. Meisn. Anthropol. disp.* 14. quest. 3. §. 23. [b] in *Enchir. August.* c. 8. p. 875. [c] *Comm. Eph.* 1, 4. p. 280. [d] *Ferrius* in *specim. Schol. Orth.* c. 24. *Polyander* ap. *D. Gisenium* de viâ salutis *disp.* 12. n. 50. [e] *Sic Piscator* in *Schol. ad Eph.* 1. v. 5. *Adoptamur à Deo in filios per fidem in Christum*. [f] in *Comment. ad 2. Thess.* 2. v. 13. & 14. p. 440. [g] *Vide è nostris Dn. D. Tarnov.* p. m. *Comm.* b. l. p. 138. è *Papistis Christoph. à Castro* in *Comm.* b. l. p. 335. è *Calvinistis Pareum* lib. 2. *Calvino Judaizanti* opposito cap. 42. p. 304. ubi denuò novam *Calvini* expositionem deserit.



§. 17. Πρὸ καταβολῆς κόσμου Syr. 𐤏𐤍𐤅𐤇 𐤇𐤏𐤍𐤏 𐤏𐤏 𐤏  
 Ad verbum. *Ante constitutiones quæ sunt mundi.* Circumscribitur verò par-  
 ticulis istis 𐤏𐤏 𐤏 non principium aliquod *ἔναρχον* ad quod exprim-  
 endum alias sæpius adhibentur Luc. 1, 2. Joh. 6, 62. c. 9. 8. c. 16. 4. Sed  
*ἄναρχον* temporis principio carens, id quod evincit adjectum 𐤏𐤍𐤅𐤇.  
 Hoc non secus atque Ebræum 𐤏𐤏𐤅 vel *pro mundo* magis formaliter  
 h. e. pro schemate & actionibus, quæ in mundo geruntur, Joh. 17, 14. 16.  
 Vel *pro duratione* & hac quidem modò *finita*, dum innuitur temporis in-  
 tervallum modò longius à condito seculo usque ad ejusdem consum-  
 mationem, modo brevius à lege Mosis usque ad *Θεοῦ θρώπε* incarnatio-  
 nem; [a] modò *infinita*, quæ terminum nescit & omnium temporum  
 anticipationem involvit, quæ acceptio est h. l. propria. Distinguunt  
 quidam inter formulas illas *πρὸ καταβολῆς κόσμου*, & *ἀπὸ καταβολῆς*  
*κόσμου*, ut concilient loca apparenter contradicentia, 1. *Petr.* 1, 20. *Ἔ* *Αποκ.*  
*13, 8.* Dicitur enim in illo Christus agnus præcognitus *πρὸ καταβολῆς κό-*  
*σμου*. In hoc agnus occisus *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Existimant priori for-  
 mula describi meram & nudam æternitatem, posteriori durationem fini-  
 tam à mundi origine incipientem. Sed hanc distinctionem gratis exco-  
 gitatam esse, testantur loca evidentia, ubi *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* usurpa-  
 tur pro duratione infinita seu æternitate, *Matth.* 25, 34. *Αποκ.* 17, 8. Nec de-  
 rogat huic acceptioni locus modò adductus, *Αποκ.* 13, 8. Vocatur enim  
 Christus agnus occisus *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, ratione *divini decreti*, ut  
 taceam, quod nonnulli [b] determinationem istam, *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*  
 referant ad remotius, *ἔ* *γέγραπται*, propter locum huic non dissimilem  
*Αποκ.* 17, 8. *Vulgatus* vertit: *à constitutione mundi*, qui tamen sui parum  
 memor, eadem verba *Ebr.* 11. reddit: *ante mundi conceptionem*, sed iudicio  
*Hieronymi* non adeò concinnè. *Non id ipsum*, inquit, *καταβολή* quod *con-*  
*stitutio sonat*, unde *Ἔ* nos propter paupertatem linguæ *Ἔ* rerum novitatem *Ἔ*  
 (sicut quidam ait) quod si *græcorum sermo latior Ἔ lingua felicior*; conabimur  
 non tam verbum transferrè è verbo (quod impossibile est) quam vim verbi quo-  
 dam explicare circuitu. *Καταβολή* propriè dicitur, cum quid deorsum jactitur,  
 vel cum res aliquando sumit exordium. Unde *Ἔ* hi, qui *ædium jaciunt funda-*  
*menta*, *καταβεβληκέναι* dicuntur. Volens itaq; *Paulus ostendere, quod Deus*

C 2

fit

[a] plura exempla vid. ap. *Flacium* part. 1. *clav.* voce *Seculum*. ubi *D.*  
*Försteri* vestigia in *Lexico*, voce 𐤏𐤏𐤅 præmonstrata, diligenter, ut alibi so-  
 let, premit. Adde *Perer. Comm. Gen.* 13, 15. *disp.* 4. *per tot.* [b] *Aretas, Rupertus*  
*citati à Paréo in Comm. Apoc.* 13, 8. p. 641.



fit universa machinatus ex nihilo, non creaturam & facturam, sed κατὰ βολὴν  
i. e. initium fundamenti ad eum retulit. Hanc, quam in Vulg. desideravit  
Hieron. emphasis expressionem, supplere conatus est Erasmus [a] his ver-  
bis: *antequam mundi fundamenta jacerentur*. Inculcatur ergò hac *ᾧ φερά-  
σει* duratio non finita, qualem Photiniani, [b] & Arminiani [c] somniant,  
dum electionem ad hujus vitæ tempus restringunt, eandemque cum vo-  
catione temporali, vel ex ignorantia vel ex malitia confundunt, sed *infini-  
ta*, tum quia hæc electio dicitur facta *ᾧ χρόνων αἰώνων* 2. Tim. 1, 9. tum  
quia sequeretur numerum electorum & numerantem non esse certum & in-  
fallibilem, quod est contra evidentia scripturæ oracula Job. 14, 14. 2. Tim.  
2, 19.

§. 18. Εἶναι ἡμᾶς ἁγίους, Syr. נשקד à Rad. שקד quod sicut articulatione,  
ita significationis latitudine cum Ebræo שקד, adeoque frequentissime de  
segregatione ad usum peculiarem, min⁹ frequenter de sanctificatione interna  
& sanctitate inhaesiva intelligitur, id quod inductio locorum evincit. [d]  
Hoc quò manifestius est, eò intolerabilius est erratum Cornel. à Lap. [e]  
qui ut superstitionis opinionem de immunitate Jeremie à peccato originis ali-  
quod fulcrum supponat, asseverare non erubescit, שקהן ubique denota-  
re sanctificationem internam, & unam assertionem duplici contradictione  
implicat. Contradicit enim tum sibi ipsi, quia sui oblitus alibi [f] è Cy-  
rillo docet, קדש proprie significare sanctum & consecratum alicui numini.  
Tum sociis cordatioribus Pererio [g] & Sanctio. [h] Sanè, inquit hic, cum  
Jer. c. 1. sanctificatus dicitur ab utero, ut Hieron. putat in illud Gal. 1. qui me  
segregavit, & alii complures, nihil aliud est, quam esse destinatum ad Prophe-  
tie munus.

§. 19. Exprimitur autem .oce ἁγίους causa electionis non meritoria,  
qualem fingunt Papistæ & antiquiores & recentiores, [i] tum quia non di-  
citur Deus nos elegisse ὅτι ἐσμεν; tum quia, licet conjunctio ὅτι ponere-  
tur, ne sic tamen orthodoxæ expositioni quicquam decederet, quoniam  
τὸ ὅτι sæpius valet idem atque idcirco fatente Sanctio [k] & autore Mono-  
tes-

[a] in Annotat. in b. l. [b] Socin. in prælect. c. 13. (c) Remonstr. in Con-  
fess. c. 18. & Apol. c. 18. [d] Vid. Concord. Buxtorf. Rad. שקהן Forst. Pagn. in  
Lex. Flac. parte 1. cl. voce Sanctifico. [e] In Comm. Jer. 1. 3. Conf. Greg. de Valent.  
Tom. 4. disp. 2. qv. 1. punct. 1. [f] Comm. in Act. 5. 36 [g] Comm. in Gen. 2, n. 173.  
ibid. c. 27. v. 18. n. 47. [h] Comm. 2. Reg. 8. [i] ap. Less. disp. de Prædest. Be-  
can. part. 1. Theol. Schol. 6. 14. q. 4. [k] Comm. 1. Reg. 2, 25. ubi τὸ ὅτι Luc. 7;  
37. exponit non velut particulam causalem cum cæteris papistis, sed ut ratio-  
nalem.



tessari p. 509. Non instrumentalis, fides, quam significari consentiunt, multi ex Calvinistis [a], licet ab his divortium meditentur alii [b]. Sed finalis, sive intelligatur sanctitas imputata & inchoata in hac vita, sive consummata in altera [c].

§. 20. Ἀμώμους. Syrus vertit ἀμώμους, ut solet in exprimendis compositis Græcis מְטִיבִים non reprehensibiles. Deducitur verò ratio Etymologiæ à themate proximo videl. à verbo μωμῶν, quod est reprehendere, unde nomen μωμῶν h. e. macula, dedecus: Vel à remoto, ab Ebr. מוּמָה descendente non tam à radice מוּמָה uti Pagnino placet, quàm à Rad. מוּמָה & significat carentiam perfectionis rei vel actioni inesse debita, unde est, cur opponatur & Ebræo מוּמָה Exod. 12, 5. Lev. 22, 18. & Chaldæo מוּמָה. Nec dubitandum est, Apostolum & hîc & in aliis locis parallelis, [d] respexisse ad Cant. 4, 7. ubi vox Ebræa de hac ipsa materia usurpatur. Et hæc de originatione. Significationem, quam nimis implicatam reddidit Papistarum licentia, ut explicemus, advertimus, hoc epitheton septies in N. T. à S. S. adhiberi, sed in diversa acceptione, pro diversitate subjecti, cum quo conjungitur. Copulatur autem vel cum capite Christo 1. Petr. 1, 19. Ebr. 9, 14. & tunc denotat omnimodam sanctitatem & puritatem ignaram impuritatis originalis & actualis: Vel cum membris Ecclesiæ; propter arctissimam enim capitis & corporis mystici unionem fit, ut sicut quod membris accidit, capiti ipsi accidisse dicatur Matth. 24, 34. ita quod capiti Christo attribuitur, membris quoque attribuatur, illi quidem per se, hisce verò propter illud. Si membris sanctitas ista ascribitur, intelligitur vel imputata & inchoata ratione Ecclesiæ militantis in vita præsentis; vel consummata & omnibus numeris absoluta ratione triumphantis in vita futura Eph. 5, 27. Col. 1, 21. Apoc. 14, 5. Omnimodam verò perfectionem, si ad electos in vita præsentis restringitur, Apost. h. l. non innuere, probatur contra Papistas [e] 1. ex collatione benedictionis, quia per spirituales benedictionem v. 3. contingit electis perfectio multis obnoxia imperfectionibus, fatentibus Papistis. [f] 2. ex collatione

C 3

exe.

[a] Molin. in Act. Syn. Dord. part. 1. p. 396. Censores Leidens. in cens. c. 18. p. 248. [b] Zeelandi in Act. part. 2. p. 92. [c] Adm. Rev. atque Excell. Dn. D. Jac. Mart. Præcep. observandissimus, Coll. 2. in A. C. disput. 10. p. 27. nec dissentit Corvinus Arminian. in defens. Armin. contra Tilen. p. 244. [d] Eph. 5, 27. Col. 1, 27. Vid. Flac. Cl. part. 2. tract. 1. de ratione cognoscendi S. literas. p. 47. 48. Cameron. Tom. 2. in Matth. 16, 27. p. 165. [e] Cornel. à Lap. in comm. b. l. [f] Ita concil. Trid. Art. de Justif. cap. 11. can. 23.



executionis, quia parallela II describunt electos ita justificari & regenerari, ut tamen immunes non sint ab ἀμαρτία & ὁσιότητι Ebr. 12, 1. Conf. Rom. 7. & 8. per tot. Nec adversantur encomia electorum à perfectione & justitia petita, Gen. 6, 9. 2. Reg. 22, 24. Luc. 1, 6. Loquuntur enim de perfectione & justitia vel inchoata vel non-simulata vel comparatè sumpta suffragantibus cordatioribus Papistis. [a] 3. ex collatione antiquitatis. Nobiscum sentiunt Patres Latini, quos Papista sapius, licet sine ratione & non sine veritatis præjudicio solent præferre Græcis, nec diffitetur hoc Estius in Com. h. l.

§. 21. Κατ' ἐνώπιον αὐτοῦ Syrus קדמוהי. Vulg. & Pisc. coram eo. Adhibetur hic προσδιορισμὸς ad innuendam præsentiam DEI vel gloriosam, Apoc. 3, 5. c. 4, 10. c. 7, 9. Vel gratiosam Luc. 1, 6. Prior acceptio dicit respectum ad sanctitatem imputatam, quâ induti (electi) coram judicio Dei consistere possunt. Posterior remittit nos ad sanctitatem, in altera vita consummandam, ita ut indicetur causa beatitudinis: Inculpati enim perpetuò fruuntur DEI visione, in qua consistit summus beatitudinis apex Apoc. 7, 15.

§. 22. Ἐν ἀγάπῃ. Diversitas constructionis hîc invexit diversitatem expositionum, adeò ut Estius [b] tres distinctas numerârit, quibus superaddere possum quartam. 1. Oecumenius & Thomas intelligunt dilectionem Dei activam, qua nos prosequitur. 2. Alii [c] magis solliciti de expositionis utilitate, quàm de veritate, per ἀγάπην notari putant dilectionem passivam, quâ nos Deum diligimus. 3. Sunt, [d] qui ad primam expositionem accedunt in eo, dum charitatem Dei erga nos intellectam volunt, discedunt verò ab ista, quando τὸ ἐν ἀγάπῃ ad sequens participium v. 5. προσερισσας non ad præcedens verbum ἐξελεξάτο referunt. 4. Erasmus [e] verba ista ἐν ἀγάπῃ refert tum ad superiora, ut sensus sit, nos incul-

[a] Perer. Comm. in Gen. 6. n. 26. Sanctio comm. in 2. Reg. 22, 24. p. 868. It. pag. 867. ad v. 21. Toftato in comm. h. l. Menochio in com. Luc. 1, 6. Ex nostris Vid. B. Chemn. in Harm. cap. 2 p. 82. 13. B. Bald. Com. Rom. 3. part. 2. q. 4. D. D. Calixti Harm. ad Luc. 1. Ex Calvinistis Drus. l. 9. præter. ad 1. Job. 2, 1. [b] Comm. h. l. [c] Ex Papistis Cornel. à Lap. in com. h. l. Ex Calvinist. Vorstius in comm. h. l. Ex fanaticis Castalio in Versione h. l. reprehensò à Beza in response ad defens. & reprehens. vol. 1. p. 480. & seq. [d] Patres Græci Chrysof. Theodoret. & horum Epitomator. Theophyl. [e] In Annot. h. l. cum Erasmo ferè consentit Bucerus in comm. h. l. conjungens utramque charitatem activam & passivam.



culpatoſeſſe in charitate, tum ad *inferiora* ſenſu iſto, nos eſſe prædeſtina-  
toſ in charitate.

§. 23. Verùm haçtenus adductis expoſitionibus *prima* omninò præ-  
ferri & *potest & debet*. Prior quin præferri poſſit cæteris, nihil obſtat,  
niſi quod dictio ἐν ἀγάπῃ referatur ad remotius. Atqui hanc conſtru-  
ctionem non obſtare, docet ipſe, quocum nobis negotium eſt, *Cornel. à*  
*Lap.* [a] quam obſervationem ſine dubio ſuppreſſo, quod Jeſuitis [b] fami-  
liare eſt, nomine petiit ex *Erasmio in Annot. p. 413*. Poſterius, quod *debeat*  
præferri, colligitur, (1) *ex textus combinatione*. Charitas enim, quâ nos  
Deum diligimus, velut anguſtius quiddam exprimitur generali notione  
ἀγιοſύνης. (2) *ex dictorum parallelorum collatione*. Rom. 5, 5. & 8. Nec am-  
pliùs id reticere poſteſt Jeſuita *Estius* in comm. h. l. *Scriptura*, inquit, *paſſim*  
*beneficium Prædeſtinationis adſcribit charitati Dei erga genus humanum*  
*Job. 3. Rom. 5, 18*. Eidem [c] ut *Paulinum* illud *Rom. 5, 5. charitas Dei dif-*  
*fuſa*, de eâdem charitate Dei activâ cum *Cajetano & Toletio* in comm. l.  
cit. exponeret, imperavit rei evidentia: Licet in gratiam *Concil. Trident.*  
eundem locum accommodare poſteâ ſtudeat ad gratiæ infuſæ commen-  
tum. (3) *Ex Syriacâ verſione*, quam etiam in Elencticis adhiberi poſſe  
monſtrat *praxis Paſiſtarum*. [d] In verſione iſtâ τὸ ἐν ἀγάπῃ reducitur  
non ad Prædeſtinatoſ ſed ad Deum prædeſtinantem קדמון לך וְבְחַרְתָּ  
atque eò ipſò, ſi non infallibilitatem, antiquitatem tamen huic  
expoſitioni noſtræ conciliat. 4. *Ex oppoſitorum argumentorum diſcuſſio-*  
*ne*. Objicit *Piſcator* in ſcholiis ad h. l. à verbo ἐξελέξατο voces ἐν ἀγάπῃ  
nimis remotas eſſe. Atqui objectionem hanc eſſe nullam, oſtendo tum ex  
hypotheſi communi, tum ex domeſticâ. *Ex communi*. Conſentiunt  
enim interpretes [e] dictionem aliquam frequenter cum remotiori conſtrui.  
*Ex domeſticâ*. Hanc enim, quam h. l. *Piſcator* urget, probationem pra-  
xi planè contrariâ infringit. [f] Quid? quod in ſcholiis ad h. l. v. 5. aper-  
tè

[a] In argumento hujus *Epist. p. 470*. Item in *proleg. can. 38*. [b] *Maldona-*  
*to*, qui *paſſim* comment. locupletavit ex *annot. Bezae*. Specimen vide in *com-*  
*ment. ad Matth. 22, 31*. [c] in *comm. Rom. 5, 5. p. 55*. [d] *Bellarm. l. 4. de Verbo*  
*Dei c. 4. § ult. Cornel. à Lap. Arg. in Epist. Paulin. nota 6. p. 16*. Ejusdem *ab-*  
*breviator Menochius* in *Proleg. Script. 5. c. 16. Conzen. quaest. 6. proœm. in Ev-*  
*ang. p. 23. Autor. Monotessari Evang. Dist. 1358*. [e] *Flac. part. 2. Clav. tract.*  
*3. p. 250. n. 15. id. ib. tract. 4. p. 353. n. 38. Pagnin. l. 4. instit. cap. 16. Sanctius*  
*in Comm. 1. Reg. 16. v. 19. p. 146*. [f] In *Scholiis ad Gal. 2, 6. & Rom. 5, 12*.



tè sibi contradicat, quando participium προορίσας à verbo ἐξελέξατο pendere concedit.

§. 24. Προορίσας Syr. קדם רתמו לר Predestinavit sibi. Asurgit Syrus ad exprimendum compositum Græcum combinatione particulae קדם & verbi קם quod est posuit, constituit, quâ dictione alibi reddit Græcum τίθημι Ebr. 1, 2. סמו לבניו 1. Thess. 5, 9. סמתי לע נורהרנו Castalio, ut & suis, & alienis delicatis auribus satisfaceret, repudiato composito (Prædestinans) simplex, quod majorem concinnitatem redoleret, adhibuit, & denuò infelici experimentò testatum fecit, serias & severas de Versione ejus censuras [a] non fuisse iniquas. Est autem verbum προορίζω S. Paulo ferè peculiare (nisi quod semel à S. Petro usurpatum legatur Act. 4, 28.) non ut linguam provinciæ suæ mori attemperet, sicut de aliis quibusdam notat Corn. à Lap. [b] sed ut rei sublimitatem penitiùs attingat. Rom. 8, 29. 30. 1. Cor. 2, 7. Eph. 1. Et hæc de τρόπω λέξεως. Circa τρόπον πραγμάτων advertimus concretum προορίζεν (tum h. l. tum alibi) & abstractum προορισμόν usurpari non in significatione ἀγαθῶν pro Dei decretò in communi, indifferenter se habente ad electos & reprobos, ita ut ad electionem se habeat ceu latius ad angustius, ceu genus ad speciem: Hæc enim significatio, licet ἔγγραφο sit in quorundam Patrum Lexicis, [c] ἀγαθῶν tamen est, si consulamus Lexicon Spiritus S. Sed in significatione Biblicâ & speciali pro æterna electione credentium ad salutem, adeò ut Apost. Electio & Prædestinatio sint propriissimè dicta Synonyma. Nititur hæc assertio I. *textus certitudine*: Quorum enim causæ & proprietates sunt eadem, illa ipsa sunt eadem. Atqui Electionis & Prædestinationis causæ sunt eadem. E. Major est principium ἀπόριστον. Minor est Apost. qui utrique eandem efficientem principalem, meritoriam, formalem & finalem causam, itemque easdem proprietates, æternitatem, immutabilitatem attribuit v. 4. 5. 6. II. *Locorum parallelorum inductione* Luc. 25. Job. 13, 18. Eph. 1, 11. Rom. 8, 30. Nec Adversarii audent alium, præter illum, qui Act. 4, 28. legitur, locum objicere. Atqui in loco cit. agitur non de præordinatione incredulorum ad mortem, id quod probandum erat, sed

[a] Sobnii Tom. 1. tract. de verbo Dei l. 2. pag. 26. Sixt. Sen. l. 8. Bibliothec. bar. 13. pag. 353. Rivet. in Isagog. c. 12. pag. 117. Beza homil. l. 10. de resurrect. p. 248. [b] In Proleg. can. Verborum 40. p. 23. [c] Aug. lib. 5. de C. D. c. 1. Enchir. cap. 100. Fulgent. lib. 1. ad Monim. c. 14.



sed de decreto mortis & passionis Christi. III. *Adversariorum confessione.* Etenim præter eos, quos citant *B. Meisnerus* [a] & *B. Finckius*, [b] in nostram sententiam concedunt plures alii [c] afferentes, acceptionem *Prædestinationis* pro *Electio*ne ad vitam non tantum frequentiore, sed etiam maximè propriam esse. IV. *Patrum testificatione.* *August.* ad articul. sibi falsò impositos *art. 11. & 12. l. 6. Hypognost. Leonis Epist. ad Antioch.* Ut verò exceptionibus, quas *Calvinista* hîc afferre solent, viam præcludam, produco *Daneum* [d] loca *August.* pro nobis facientia curiosè colligentem, quod si observasset *Chamier*, [e] tantum præsidium in *August.* non quæisivisset.

§. 25. Demonstratâ *Electio*nis & *Prædestinationis* *Synonymiâ* contra *Papistas* & *Calvinistas*: contra *Papistas* [f] & *Arminianos* [g] demonstrandum porrò est, *Apost.* loqui, non de *Prædestinatione ad gratiam Christianismi*, à *Christianis* demùm per cooperationem usque in finem complendam, quæ est *παρεργησία* *Corn. à Lap.* [b] sed de *Prædestinatione ad gloriam.* Id quod planum facit. I. *Textus Analysis.* Illa *Prædestinatio*, cujus causæ adducuntur, h. l. intelligitur. Atqui *Prædestinationis ad gloriam causæ* adducuntur teste ipso *Cornel. in Comm. ad v. 5. p. 114. E.* Deinde, illa *Prædestinationis* acceptio, quæ ab *ἁδοκία* *ἑλλήμα* & *ἐπομένε* non dependet, est aliena. Atqui *Prædestinatio*, quæ ad gratiam fieri dicitur, ab *ἁδοκία* istâ non pendet. E. Major patebit ex dicendis §. 26. Minor est evidens, quia *Prædestinatio ad gratiam* coincidit cum universali vocatione. Hæc verò est actus voluntatis divinæ antecedentis non consequentis. II. *Propria Cornelii hypothesis.* Talis subaudienda est *Prædestinatio*, qualis cohæret cum benedictione v. 3. Atqui *Prædestinatio ad gloriam* cohæret cum benedictione. E. Majorem suppeditat contextus. Minor est *Cornelii*: *DEUS*, inquit, in omni spiritali benedictione (inter quam maxima est *Prædestinatio & Electio* efficax ad gloriam) nos benedixit.

§. 26. *Eis υιοθεσίαι.* Vulg. in adoptionem. *Piscat.* ad adoptionem: *Castalio* maluit præpositionem prætermittere, quàm contra puriorum,

D

rem,

[a] *Anthrop. Diss.* 2. q. 1. pag. 121. [b] *Cent. 1. LL. communibus affixa can. 45.* [c] *E Papist. Greg. de Valent. Tom. 1. disp. 1. quest. 3. punct. 1. E Calvin. Sohn. Tom. 2. art. de prædest. p. 1013. Paréus in comment. Rom. 8. v. 29. p. 758. Arminius & Vorstius adhuc Calvinizantes. Ille disp. de præd. §. 1. Hic in comm. Epb. 1. p. 279.* [d] *In Comm. super Enchir. c. 98.* [e] *Tom. 3. Panstr. l. 7. c. 4. §. 5.* [f] *Corn. à Lap. in Comm. b. l.* [g] *Apolog. c. 17.* [h] *in Comm. b. l.*



rem, quam affectat, latinitatem quicquam committere, vertit enim: *Destinaverat adoptionem*. Denotari verò adoptionem, *non tantum gratiosam*, ut Adversarii [a] contendunt, sed etiam *gloriosam*; h. e. *υιοθεσις* termino venire *regenerationem, justificationem, sanctificationem & glorificationem* probat. 1. *Antecedentium & consequentium symbolum*. Adoptio gloriosa enim continetur sub *εὐλογία*, de quâ v. 3. fatente *Corn. à Lap. l. ii. & Vorstio Piscatoris discipulo in Comm. Eph. i. v. 3.* Eadem cedit in laudem gloriæ gratiæ suæ. 2. *Suffragium* tum *Jesuitæ Estii*: [b] *Fortasse, inquit, rectius ut utramq; adoptionem tam perfectam, quam imperfectam generali nomine complexum fuisse Apost. intelligamus.* Tum *Vorstii*, hoc nomine (*υιοθεσις*) ait, *non tantum efficax vocatio, sed imprimis glorificatio intelligenda est.* Nec solus *Vorstius*, quem *judicium Synodicum* [c] *Doctōris Orthodoxi & munere & nomine indignum declaravit*, verum etiam saniores, ut videri volunt, *Calvinistæ* [d] omnia salutifera beneficia comprehendendi, nobis largiantur.

§. 27. *Διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ*. Vide quæ suprà in *Ἀναλύσει Ἐν αὐτῷ* allata sunt. Sequitur *εἰς αὐτόν*. Harum vocum sicut est *duplex* lectio, ita *duplex* affertur expositio. *Quidam* codices legunt *εἰς αὐτόν* cum spiritu leni, & remittunt nos ad causam meritoriam, eo sensu, ut quicquid gratiæ & gloriæ hominibus collatum est, id totum ad Christi gloriam referatur, tanquam à causam meritoriam & finalem. [e] Quæ expositio, licet analogâ sit fidei, parum tamen est analogâ lectioni plurium codicum, in quibus reperitur pronomen reciprocum *αὐτόν* remittens nos ad *causam principalem*, cum Apostoli propositum fuerit ostendere, *DEUM extra se Electionis nostræ causam non quæsisse.*

§. 28. *Κατὰ τὴν εὐδοκίαν*. Syrus. *אֵין דְּשַׁפֵּר* sicut placuit. Radix enim *שַׁפֵּר* alibi quoque eandem significationem obrinet tum *in se Col. 1, 10. 1. Thess. 4, 1. Rom. 8, 8. Job. 8, 29.* tum *in suis derivatis שַׁפֵּר & שִׁפְרָה Job. 10, 32. Marc. 7, 29. Luc. 8, 8.* *Vulgatus*: Secundum propositum: sed sui oblitus eandem *εὐδοκίαν* alibi reddit *beneplacitam Eph. i. v. 11.* vertit *bonam voluntatem. Hieron. & Ambros. placitum. Pisc. pro benevolo affectu. Castalio*: pro arbitrio. Quæ versio nec cum textu  
Au-

[a] *Ex Calvinist. Pisc. in scholiis ad h. l. Ex Papist. Corn. à Lap. in Comm. h. l.* [b] *in Comm. h. l. p. 597.* [c] *in Actis Dordr. part. 1. p. 436.* [d] *Censores Leidenses in censurâ c. 18. p. 249. Lubertus in suffragio part. 2. Act. syn. Dordr. p. 15.* [e] *Ita Suarez. Tom. 1. in 3. part. Thom. disp. 5. s. 1. Menoch. in Comm. h. l. Vorstius in Comment. h. l.*



Authentico nec cum propriâ *Castal.* hypothese consistere potest. *Non cum textu:* *Arbitrium* enim notat proprietatem indeterminatam, quæque magis ad intellectum, quàm ad voluntatem refertur: *εὐδοκία* verò est proprietas determinata *tùm ratione principii* h. e. ratione divinæ voluntatis & causæ meritoriae, *tùm ratione termini* hominis videlicet, quem juxta illam *εὐδοκίαν* DEUS diligit. *Non cum propriâ hypothese.* Est enim hæc vox adhibita ad exhauriendam emphasin Ebraei רצון. Atqui vocabulum illud notat favorem non arbitrium teste *Castal.* [a] Favorem interpretor רצון, qui in N.T. dici solet *εὐδοκία*. Unde *Estius* [b] Hæc vox, inquit, sacris literis peculiaris, Hieron. teste ab interpretibus LXX. excogitata primùm, quò significatum vocis *Ratson* exprimerent. Sumitur verò *εὐδοκία* i. indefinitè pro gratuito & infinito DEI amore, quo nos miseros prior ante tempora secularia dilexit, & juxta *Flacium* [c] verti potest *benevolentia, beneplacencia,* 2. definitè, pro beneplacito, quò nos DEUS dilexit intuitu dilecti seu ἀγαπήσ, in cujus personâ ac meritò sibi placet, & *Flacii* iudicio, non incongruè redditur *acquiescentia*. Quæ due alioquin distinctæ significationes hinc amicissimè conspirant, vid. *beneplacitum DEI in Filio & nobis*. Ex illa enim *εὐδοκία*, quam DEUS habet in Filii persona & merito, velut in sacrificio absolutissimo, unde animi delicias concipit, resultat favor gratuitus, quò nos eis *υιοθεσίαν* prædestinavit.

§. 29. Hujus acceptionis veritatem præmunit I. *textus evidentiæ*, utpote qui digitum intendit ad geminum istius *εὐδοκίας* objectum, ad *Christum* v. 4. 5. 6. qui *εὐδοκίαν* illam promeruit, & ad credentes, quibus eandem promeruit. II. *equipollentia dictionum Ebraearum*, quæ à LXX. & N.T. scriptoribus redduntur per *εὐδοκίαν*. Talis dictio est (1) רצון. De hæc eleganter *D. Tarnovius* [d] cum verbum רצון in N. T. per τὸ εὐδοκῆν & nomen רצון per *εὐδοκίαν* exprimat; hæc autem tantùm per *CHRISTUM* hominibus contingat, b. l. etiam implicitam Christi fieri mentionem statuimus. Quam assertionem confirmant Concordantiæ, quæ ejusdem dictionis usum inculcant, quoties ferè DEUS legitur sacrificium & orationem acceptare vel non acceptare, *Job. 33, 26. Psal. 51, 21. Psal. 119. 122. Mal. 1, 8.* (2) רצון quæ radix cum Ablativo constructa mediante particulâ ך exigat, ut reddatur per τὸ *beneplacitum* habuit. III. *decreti atq; executionis consonantia*. Qualis *εὐδοκίας* acceptio locum habet in negotio *vocationis,*

D 2

nis,

[a] in *Annot. ad Deut. 33.* [b] in *Comm. b. l. Conf. Erasmi Annot. ad Matth. 3, 17.* [c] *part. 1. Clav. voce Beneplacitum.* [d] in *Comm. ad Psal. 5. v. 13.*



nis, reconciliationis, glorificationis, talis obtinet in actu *Electio*nis. Atqui & *activa* & *passiva* acceptio locum habet in negotio vocationis *Coloss. 1, 19. Luc. 2, 14.* ubi gratulantur Angeli hominibus de gratuitâ DEI cum ipsis reconciliatione, quod cum DEUS *extra Christum* in hominibus tantum inveni-  
 nerit abominationem, jam verò *in Christo*, per & propter eundem sit *εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις*. Quæ hætenus allata si consistunt, consistere nequit expositio *Maldonati, Bellarmini & Polani*. Hic [a] *passivam* significationem hypothesebus Calvinistis de absoluto decreto minus amicam repudiat. Ille [b] licet *activam* admittat, *passivam* tamen prætermittit. Iste [c] adhuc tolerabilior negat Ebræi רצון & Græci *εὐδοκίας* latitudinem, quam tamen Jesuita *Estius in Comm. h. l.* affirmat, dum solum Ebræum de DEO & hominibus prædicari pronunciat.

§. 30. *Θελήματι αὐτοῦ*. Syrus לְצַבִּינָא. Dicitio enim צבין & צבין notat *DEI beneplacitum ac voluntatem* modò *antecedentem*, modò *consequentem*, modò *Legalem*, modò *Evangelicam*, modò *stramque*. Conf. *Matth. 6, 10. c. 7, 21. c. 12, 49. c. 14, 14.* Intelligenda verò est h. l. *voluntas* 1. *non antecedens*, quæ terminatur ad media salutis obtinendæ, quam acceptionem incogitanter adstruit *Cornel. à Lap. in comm. h. l.* cui idem sunt *propositum, consilium & beneplacitum DEI h. c. decretum*, quò proposuit nos vocare ad fidem & sanctitatem Christianismi: Sed *consequens* terminata ad media, spectata non tantum à parte *DEI offerentis* sed etiam à parte *hominis oblata* media fide perseverante recipientis. Denotatur enim h. l. illa *Voluntas*, quæ terminatur ad homines in *CHRISTO* existentes per fidem. Atqui *Voluntas* ista dicitur *consequens*, non *antecedens*, cuius objectum est homo Christo capiti *inserendus*, non *insertus*. Intelligenda est *Voluntas* 2. *non absoluta*, quâ quædam absolutè & simpliciter citra ullam conditionem præsentem aut futuram velle ab *Adversariis* [d] dicitur, sed *ordinaria & conditionata*. Hujus acceptionis congruentiam evincit 1. *Causarum, quæ ad Electionem concurrunt, harmonia*. De tali voluntate loquitur *Apost.* quæ consistit cum *causâ meritoriâ* Christo, cum *objecto*, homine videl. finaliter in Christo perseverante, cum *εὐδοκία* in Christi merito fundata. Atqui voluntas illa est *ordinata* seu ad certam *mediorum τείξι* restricta & conditionata, præsupponens in homine conditionem fidei, per ea quæ hætenus asserta & demonstrata sunt. E. II. *ex adversâ sententiâ resultans anomalia*: Posita enim hypothese de voluntate

[a] *Lib. 4. syntag. c. 9.* [b] *l. 2. de Verbo DEI c. 11.* [c] *in comm. Luc. 2.* [d] *Polan. l. 4. Synt. c. 19, Bellarm. l. 2. de Gratia c. 8. 9. & 16.*



te absolutâ tollitur & destruitur (1) à parte Christi, in quo Electi sumus, meriti & satisfactionis necessitas, adeò ut stante istâ hypothesi cadere & rueri incipiant, quæcunq; à Papistis & Calvinistis [a] urgeri solent contra Photinianos, istam necessitatem negantes. Nec enim Christus quippiam aliud acquisivisset, quàm ut DEUS Pater eis viò Jesicav prædestinaret, qui jam tum voluntate absolutâ in filios adoptati erant. (2) à parte DEI justitia & sanctitas. Sequeretur enim reprobos non suâ culpâ ob incredulitatem, sed DEI reprobantis culpâ fuisse rejectos: quia absolvendus est à culpæ specie is, qui non vult credere falsum. Falsum autem crederet reprobos, si statueret ad se quoq; pertinere Patris dilectionem, Filii redemptionem & Spir. S. ob signationem. (3) à parte nostri justificationis & adoptionis veritas. Posita enim voluntate absoluta sequeretur, peccata Electorum fuisse remissa atq; expiata, antequam fuerunt commissa. Hinc est cur multi Calvinistæ inextricabilibus difficultatibus sese implicent ac statuunt, objectum fidei esse remissionem peccatorum, non de præsentis sed de præterito. [b] Enervatur hoc dogmate studium pietatis, sicut pridem Arminiani Calvinistis objecerunt [c] nullam scilicet esse sectam, quæ impietatem validius firmet ac stabiliat, quam fatalis prædestinationis Magistræ, cum nec impius habeat cur pius esse velit, nec pius ut nolit esse impius: & consequenter cur pius, vel impius esse nolit, vel ne talis fiat, haud labore.

S. 31. ΕΙΣ ΕΠΑΥΟΝ ΔΟΞΗΣ ΧΑΡΙΤΟΣ. Syrus pati omnino sensu, licet dispari sono רְנִישְׁתְּבַךְ שִׁנְכַנָּה רְטִיבֹתָהּ ut laudetur gloria bonitatis sue. Græcum χαριτός reddidit per suum רְטִיבֹתָהּ quod sæpius adsumitur ad exhauriendam significationem gratiæ, non passivæ, quæ in renatis est subjective, sed activæ quæ in DEO & à DEO est. Conf. Rom. 4, 4. 1. Cor. 1, 4. quod si observasset Frid. Spanheim, [d] Syriacam versionem (Matth. 1, 32. ubi græcum κενχαριστωμένη reddit per רְטִיבֹתָהּ מְלִירָה) à corruptione immunem pronunciasset. Deceptus fuit Spanb. vanâ pervasione ex locorum parall. neglectu profecta, nim. רְטִיבֹתָהּ significare perpetuò gratiam habitualement atq; infusam, cujus contrarium liquet ex modò allegatis locis. Vulg. ad laudem gloria gratiæ sue. Pisc. substantivum

D 3

ΔΟΞΗΣ

[a] Vid. D. D. Marpurgenses in der gründlichen Ausführung cap. 5. p. 277. & 326. [b] Pisc. in respons. ad duplicat. c. 7. p. 107. Textor in Diss. de justif. thes. 4. p. 130. Addunt D. D. Marpurgenses in der gründlichen Ausführung cap. 5. p. 326. Sibrandum Lubbertum. [c] in præfat. Apol. pro Confess. [d] in dubiis Evang. dub. 23. Vid. Lexicon. Syr. Cl. Trostii voce רְטִיבֹתָהּ.



*δόξης* resolvit in adjectivum: *Ad laudem gloriosæ suæ gratiæ*. Castalio pro eâ, quâ abutitur vertendi licentiâ, vocem *χάρις* reddit per *beneficentiam* citra disjunctionem, ita tamen, ut nec hæc vice sibi constet, dum eadem verba illa v. 12. *εἰς ἑπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ* vertit per disjunctionem, *laudi & gloriæ ejus*, quam inconstantiam in eodem *Castal.* reprehendit *Beza*. [a] Circa textum græcum advertendum est, cur *Apostolus* dicat *εἰς ἑπαινον δόξης* non verò *εἰς ἑπαινον τιμῆς* aut *κλέους*; nimirum quia *δόξα* soli illi convenit, cui nomen *Jehovæ* competit. Hinc *Esaias* à *Job. c. 12.* dicitur vidisse *τὴν δόξαν αὐτοῦ*, dum τὸ *τεροσάγιον* pro exhibitionis modulo vidit: Contra τὸ *κλέος* & *τιμὴ* tribuitur quoque homini. Quod discrimen à *Chrysof.* in *comm. Job. 12. in paraph.* [b] neglectum esse sine causâ conqueritur *Heinsius*. [c]

§. 32. *Χάρις*. Subaudienda est *Gratia* 1. non *habitualis & inbæstiva*, in significatione *passivâ*, ut *Papiste* somniant, [c] aliàs dicendum fuisset *Apost.* *εἰς ἑπαινον δόξης & χάρισμα*, sed *favor DEI gratuitus* adeoque *gratia* in significatione *activâ*. Pro hujus significationis certitudine militat 1. *Contextus manifestus*. Prædestinavit nos in laudem gloriosæ suæ gratiæ, *ejus nim. quâ nos diligit in dilectō*. Atqui *gratia, quâ nos diligit*, non inhaeret nobis *habitualiter*, cum homo DEO prædestinanti objiciatur *quat. lapsus*, & *gratiâ istâ inbæstivâ destitutus*, ut supra evictum §. 11. sed est *favor iste gratuitus nos in filios adoptans*. 2. *U. similium intuitus*. In quâ significatione vox *χάρις* usurpatur *Rom. 3, 24. c. 5, 5.* in eadem sumitur h. l. Atqui in *ll. cc.* usurpatur pro *gratuitō DEI favore*. E. *Major* fundatur in harmonia *decreti & complementi à Papistis §. 5.* approbata. *Minor* est *Papistarum cordatiorum*. [d] 3. *Adversariorum calculus*. Vocem *χάρις* de favore DEI nobiscum exponunt quidam *Jesuite*. [e]

§. 33. Subaudienda est II. *gratia non generalis*, quâ amplectitur totum genus humanum & manifestatur in tempore per salutis acquisitionem & oblationem universalem: Sed *specialis*, quâ ab æternō amplexus est electos, & in tempore amplectitur dilectos in dilectō: Adeoque III. *Non absoluta* omnem mediorum respectum excludens, cum absoluta DEI po-

ten-

[a] in *Resp. ad defens. Vol. 1. p. 480.* [b] in *Aristar. part. 2. c. 15. p. 292.*  
 [c] *Greg. de Valent. Tom. 2. disp. 8. quest. 7. punct. 1.* [d] *Perer. in Comm. Rom. 3. disp. 13. n. 13. Estii in Comm. Rom. 3. v. 24. Ubi gratuitam DEI bonitatem intelligit. Conf. comment. ad Tit. 3. v. 4.* [e] *Bellarmin lib. 1. de gratiâ c. 2. Cornel. à Lap. in comm. h. l. ubi agnoscit per δόξαν χάρις innui causam finalem.*



tentia, quâ mundum creavit & mortuos resuscitabit, cohærens, & magis quoad modum significandi quàm reipsâ differens ab eâ, qualem *Remonst. Contra Remonstrantibus* attribuunt [a] sub tit. *gratia irresistibilis* ipso sono & significatione ut *Synodales* loquuntur [b] barbaro, sed ordinata & certis mediolorum limitibus quasi definita. *Talis enim admittenda est gratia eligens, qualem arguit voluntas DEI consequens v. 4. Christus electionem promerens nec minus gratia convertens.* Atqui hæc singula arguunt *gratiam certam mediolorum seriem & dispositionem complectentem.* E. Probatur *Minor* quoad singula membra; quoad *voluntatem consequentem*, de qua vid. §. 30. quoad *Christum promerentem* §. 15. quoad *gratiam convertentem*, quam resistibilem esse loquuntur aperta tum *Scripturæ dicta*, tum exempla *Matth. 23, 27. Act. 7, 51. c. 13, 48.*

§. 34. Η̄ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς. *Syrus* longius recessit ab *Emphaticâ* *paronomasiâ*, quando transtulit עלן שפתינו quam effudit super nos, ita tamen, ut verbum χαρίτωσεν transitive reddiderit in conjug. *Aphe*, non verò in conjug. *Peal*. *Vulg.* in quâ gratificavit nos. *Castal.* acceptos reddidit, quem secutus *Pisc.* h. l. *acceptus*, inquit, *hic potius usurpatum est, quàm gratus ad evitandam homonymiam, ne quis gratos intelligat, qui gratiam referunt.* *Luth.* eleganter hat angenehm gemacht: Sicut enim verbis neutris *Ebr.* in tertia conjug. transitive utuntur: sic *N. T.* *Scriptores* ad eorum imitationem neutra loco *transitivorum* adhibent. Ita *Christus Matth. 5, 45.* utitur ἀνατίλλει h. e. *exoriri facit.* *2. Cor. 2, 14.* *Triumphat nos* h. e. *triumphare facit.* *Talia verba, inquit Flacius, juxta naturam Hiphil necesse est vertere pro facere, esse, fieri.* Eodem modo verbum χαρίτωσεν resolvit *B. Chemnitius*, [c] ubi lectorem ad præsentem locum *Apost.* remittit. In memoriam vero *Apost.* revocat *1. causam Electionis principalem*, dilectionem vid. & hanc quidem *non Generalem* quâ totum mundum, cui redimendo *Filium suum* misit, dilexit, ex cujus universalitate *Huberus* vitiosè collegit universalitatem *Electiois*; *sed Specialem*, quâ profequitur *Electos* fide perseverante in *Dilecto* permanentes. Pro hac acceptione pugnant argumenta supra §. 14. circa determinationem *objecti proximi* adducta *2. gratiam Prædestinantem.* Ἐχαρίτωσεν enim significat *non gratiosos fecit gratiam suam infundendo*, subindicata quâdam excellentia gratiæ divinæ in *Electos* diffusæ, quale significatum huic verbo affingunt *Papistæ*, [d] *sed acceptos nos* habuit. Hanc significationem

no-

[a] *In Act. Syn. Dordr. p. 310. in Conf. c. 17. n. 7. in Apol. c. 17. p. 178.* [b] *part. 1. Act. in Exam. p. 311.* [c] *in Harmon. c. 3.* [d] *Corn. à Lapide, Estius & Menoch. in comm. b. l. Becan. in manual. controuv. lib. 1. c. 16. q. 3. n. 4.*







V. T. II. ubi quidam dicuntur gratiam invenisse coram DEO Gen. 6. v. 8. 9.  
Vid. Spongiam Mosaic. Dn. D. Waltberi ad Gen. 6. v. 8. 9. p. 356.

## M E M B R U M II.

Subjiciens ἐπίλυσιν vindicantem hactenus præ-  
missam ἀνάλυσιν à ψευδερμηνεία

I. PAPISTARUM Sixti Senens. Corn. à Lap. Estii,  
Bellarmini, Becani.

I. An ex h. l. concludi possit, Electionem ad gloriam de-  
pendere à solo DEI beneplacito excluso Chri-  
sti merito?

§. 36. Negativa confirmata est §. 15. Affirmativa est Calvinizan-  
tium quorundam Papistarum ap. Corn. à Lap. in comm. h. l. Ex hoc capite,  
inquit, insignes Theologi contendunt singulos electos ad gloriam ex solo DEI  
beneplacito ad eam Electos esse, ita ut ab aeternò DEUS ante prævisa merita  
non tantum propria, sed etiam ipsius Christi singulos qui salvabuntur, ad  
gloriam & salutem efficaciter elegerit. Deinde ut decreverit illos Christo  
nascituro representare ut Christus pro iis passionem & meritum offerret.  
Tertiò quod Christo jam incarnato DEUS illi proposuerit singulos à se ab  
aeterno electos, ut pro iis sua merita offerret, & quibus gratiam & omnis  
salutis media impetraret, mox Christum Patri obedientiam pro eis merita  
obtulisse dicunt. Inde, quartò, singulos ex Christi meritis accepisse gratiam  
à Christo petitam & impetratam, cui ipsi Electi cooperantes per propria me-  
rita gloriam sunt adepti. Huic præpostero ordini ut concilient aliquod  
præsidium, confugiunt ad v. II. hujus cap. 1.

§. 37. Resp. Nec ordinis ratio, nec ex v. I I. adducta probatio sal-  
va contextus & fidei analogia consistere potest. Non ordinis ratio. Ever-  
tit ille 1. veritatem & quidditatem Prædestinationis, quæ utpote ordinata  
& à voluntate DEI consequente dependens non v. absoluta est, uti suprà ar-  
gumentis & insitis & assumtis probatum §. 30. Quod nisi Papistæ illi quos  
Cornel. insigniores vocat, nobiscum admittant, satisfacere non poterunt  
dissentientibus Dominicanis [a] & Calvinianis pridem ad Papistarum anti-  
quiorum & recentiorum consensum provocantibus. [b] 2. Universalitatem  
redemptionis, quam & ad electos & ad reprobos extendendam esse, ab Or-  
thodoxis probatur in Art. de Christo ex evidentibus scripturæ testimoniis

E

tùm

[a] De horum dissensu vid. Less. in Disputatione Apologet. sect. II. [b]  
Vide Ferrium in Specim. scholast. Orthodox. c. 24.



tum *generalibus*, in quibus dicitur pro omnibus passus & mortuus *Esa. 53, 3. Rom. 5, 18. 2. Cor. 5, 15. 1. Joh. 2, 2.* Tum *specialibus*, in quibus legitur mortuus pro perituris *Rom. 14, 15. 1. Cor. 8, 11.* pro finaliter impenitentibus *Ebr. 6, 4.* pro abnegantibus *2. Pet. 2, 1.* quæ oracula irritò conatu enervare hæcenus ausi fuere Calvinistæ. [a] 3. *Latitudinem oblationis & vocationis per verbum & Sacramenta*, quæ non secus atque redemptionis universalitas demonstratur ex Scripturæ dictis tum *generalibus*, in quibus vocatio ad omnes homines extenditur *Psal. 19, 5. Esa. 55, 1. Matt. 11, 28. c. 28, 19. Marc. 16, 15. Luc. 24, 47. Act. 1, 8. c. 17, 30.* Tum *specialibus*, in quibus oblatio etiam incredulis communis esse pronuntiatur *Psal. 95, 8. Esa. 65, 2. Ezech. 33, 11. Matth. 23, 37.* frustra reclamantibus Calvinistis. [b] 4. *Veritatem justificationis & salvationis.* Ultramque enim humanorum operum merita excludere, & planè gratuitam esse, hæcenus evictum fuit tum ex scripturis vel opera ex justificationis actu remonentibus *Rom. 3, 24. c. 4, 5. Galat. 2, 16. Eph. 2, 8. Act. 15, 16.* vel omnem justificandi vim iisdem operibus detrahentibus *1. Cor. 4, 9. Esa. 64, 10. Dan. 9, 6. 7.* vel tantam perfectionem, quæ coram divino iudicio consistere possent, denegantibus *Psal. 32, 6. Psal. 130, 3. Luc. 17, 10. Luc. 2, 10.* Tum contra *Papistas* [c] ex *ipsis Papistis* [d] justificationem gratuitam admittentibus. *Non adducta probatio:* etenim v. 11. ubi dicimur *Prædestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ*, mentionem facit causæ principalis non exclusivè remotâ causâ electionis meritoriâ & Instrumentali, nisi velimus introducere *Apostolum* sibi ipsi contrarium, sed *inclusivè*, ita ut *principali* subordinetur *meritoria & instrumentalis*, quod contextus *συνέπεια* evidenter arguit. Nam v. 12. describuntur illi, qui à DEO secundum propositum sunt prædestinati, vid. *ωσθηλαπικώτες ἐν τῷ χριστῷ.* Ubi ἐλπὶς vocabulo potissima *spei* portio h. e. *fides* indigitatur, ita ut exprimat

fides

[a] *Post Beza part. 2. Resp. ad Coll. p. 214. Calvin. contra Heshusium, Bucan. Art. de Præd. Theol. Synodales in Act. Syn. Dordr. part. 1. & 2. Art. 2. Polan. in Synt. l. 6. c. 18. Paræus in Comm. Rom. 14. dub. 9. Item in Explic. catech. part. 2. p. 29. Amesius in Coron. ad Coll. Hag. art. 2. cap. 3. [b] Calvin. l. 3. Institut. c. 21. §. 7. Beza de prædest. Vol. 1. p. 420. Zanch. de Nat. DEI l. 3. q. 4. [c] Bellarm. l. 4. de justif. à cap. 11. ad c. 21. Stapleton. l. 5. de justif. c. 7. l. 6. c. 1. seq. Majer. Tract. de S. F. d. contro. num. 1. c. 3. [d] Marsil. Patav. Greg. Arimin. 2. sent. dist. 27. 28. Job. Ferrus Minorita. Medina in Apol. pro Job. Fero contra Dom. à Soto, citante Mornæo l. 3. de Euchar. c. 23.*



fides circumvestita, unde talis emergit sensus, v. 11. *DEUM* omnia operari κατὰ τὴν βελίην non absolutam sed ordinatam & θελήματι non antecedentis sed consequentis, mediorum in executione conspiciuorum ἐπιπέριαν præsupponentis.

II. *Utrum Apost. v. 5. loquatur de Prædestinatione ad gloriam?*

§. 38. *Affirmativa* nititur apodixi §. 24 adducta. [a] Accedit quod propriè loquendo non detur gemina Electio altera ad gratiam, altera ad gloriam, ut somniant Adversarii, sed una & eadem est, quâ ex gratiâ dicimur Electi ad gloriam. *Negativa* est Cornel. à Lap. in comm. b. l. Hic contendit, sermonem Apost. esse de Prædestinatione incompletâ, quâ DEUS omnes Christianos prædestinat ad gratiam Christianismi. Quam παρερμηνείαν tribus sed nimis ruinosis superstruit fundamentis. Argumentatur etiam 1. *Ab inscriptione*: Totam hanc Epistolam inscribit Ephesius, inquit Cornel. non electis ad gloriam certò beandis, sed sanctis & fidelibus in Christo Jesu, inter quos quis asserat, neminem fuisse reprobum aut postea damnatum. 2. *à fine & intentione*, de quâ v. 4. & 5. ubi dicitur DEUS nos prædestinasse eis viâ ἁγιάν: Vides, ait idem, eum loqui non de Electis ad gloriam, sed ad gratiam. 3. *Ab electorum descriptione* cap. 4. v. 3. Prædestinatos vult, inquit, non securos, certos, sed vigiles & sollicitos, utpote quorum incerta & dubia sit salus.

§. 39. Resp. ad I. Partim per inversionem: ne quidem electionem ad gratiam intelligi posse, stante hypothese Cornelii: Licet enim urgere & reassumere verba Cornelii: Quis asserat omnes Ephesios fuisse sanctos, fideles, cum ipse Cornelius [b] fateatur, Ephesi grassatos fuisse errores Philosophorum, Poëtarum, Simonis Magi & Platoniorum. Sic Apostolus priorem ad Corinth. inscribit sanctificatis in Christo JESU, vocatis, sanctis &c. cum tamen in istâ Ecclesia fuerint quidam non-sancti, quod ipsis exprobrat cap. 5. v. 1. 2. c. 8. v. 11. Partim per distinctionem inter prædicata, quæ attribuantur cœtui alicui, vel ratione membrorum omnium, vel ratione quorundam. Magnifica & honorifica ista prædicata, sanctitatis imputatæ & inchoatæ item electionis, competebant Ecclesiæ Ephesinæ ratione membrorum non omnium sed quorundam: Nec enim conversis & electis Ephesius derogare vel sanctitatis titulum adimere potuit colluvies idololatrarum, omnis

E 2

genc-

[a] Pro eadem quatuor rationes ex ipsis textus visceribus petitas adducit Tannerus Jesuita Tom. 1. disp. 3. q. 5. dub. 4. ex Fulgentio. [b] in argumento hujus Epist. p. 470.



generis superstitionibus & peccatis deditorum, quales in Ecclesiâ Ephesinâ p. t. reperiuntur. [a] Quæ scripturæ *synecdoche* & *νοινονόησις*, quâ prædicata quibusdam peculiaria attribuuntur omnibus, satis frequens est. Conf. *Matth. 19, 18.* Partim per absurditatis illationem: Sequeretur *Rom. 8, 28.* imò nullibi esse sermonem de Prædestinatione ad gloriam: Quis enim assereret, neminem in cœtu isto fuisse reprobum: Sequeretur, *ibid.* non esse sermonem de immutabili DEI dilectione v. 38. Quis enim assereret neminem à charitate DEI fuisse separatum.

§. 40. Ad II. Resp. v. 5. intelligendam esse per *υιοθεσίαν* adoptionem non tantum gratiosam, sed simul gloriosam & consummatam ob rationes suprâ §. 26. prolatas. Ad III. Cornelio adversatur tum *phræseologia*; deceptus enim fuit à *Vulg. Vers.* quæ græcum *σπουδαζοιτες τηρειν* reddit, sollicitè servare, sed inconvenienter: *σπουδαζεν* enim notat diligentiam & accuratum studium servandæ unanimiæ & concordie, non verò dubiam sollicitudinem. [b] Tum contextus analogia. Nam *Apost. v. 4.* & seq. argumenta septem inducit, quibus præmunit certitudinem salutis & studium unitatis, ne dissidia & schismata orientur. Quænam v. est consequentia: *Apost. Eph. 4, 3.* commendat studium concordie. E. *idem c. 1. v. 4. 5.* non agit de Electione ad gloriam. E. *ib.* *Apost.* noluit electos de suâ electione certos reddere.

III. *Utrum ex eo, quod Electi sint ἀμώμοι v. 4. infallibiliter colligi possit eorum perfectio in hac vitâ?*

§. 41. Negativa confirmata est membr. 1. §. 20. Affirmativam amplectitur *Cornel. à Lap. h. l.* Postquam enim adulterinam vocis ἀμώμοι significationem attulit, denotari sanctitatem tantam, ut ne gravior, quem DEUS cernat, nevus supersit, tria ex falsâ istâ præmissâ æquè falsa colligit porismata. 1. In homine justo peccata non regi per justitiam illi imputatam, sed omninò tolli, ita ut ea DEUS videre & carpere non possit. 2. Concupiscentiam in homine justo non esse peccatum, quod DEUS culpæ possit. 3. Ita sanctè, integre & perfectè nos omnia opera debere facere, ut DEUS eorum inspector nihil in eis inveniat, quod iudicet. Nec aliter hunc locum audeat interpretari *Estius*, licet ferè circumspicius videatur progredi: *Sancti sumus, ait, per remissionem peccatorum, mentisq; renovationem, irrepre-*  
ben-

[a] *Dn. D. Hunn. p. m. in LL. CC. ad Eph. 1. v. 1. num. 7.* [b] *Conf. 2. Tim. 2, 15. c. 4, 9. 2. Petr. 1, 10. & 15. c. 3, 14. Ebr. 4. 11.*



37  
bensesibiles per observationem mandatorum, quæ sunt duæ justitiæ nostræ partes.

S. 42. Resp. 1. *In genere*: sicut omnium & singularum, ita vocis ἀμῶν significatio non ex hypothelibus aperte falsis inferenda, sed aufe-  
renda vel ratione significationis generalis ex concordantiis Græcis, quoad la-  
titudinem quot modis accipiatur, vel ex contextu. scopo & ll. parallelis, quo-  
ad Specialem huic loco convenientem rationem & acceptionem, quam in-  
terpretandi normam nisi Cornel. perpetuò sequatur, infeliciter excidet pro-  
posito & scopo al bi [a] sibi præfixo, ut de variantibus interpretationibus  
censuram ferat, quid error sit, quid fides, quid probabile, quid improbabile.  
2. *In specie ad 1. porisma.* Pro diversâ peccatorum consideratione diversa  
de iisdem verificantur prædicata, ut rectè dicantur regi, tolli, imminui & abo-  
leri. In actu justificationis peccata reguntur per fiducialem ejus, (quem  
licet non noverit peccatum, DEUS tamen fecit peccatum, ut nos efficere-  
mur justitia in ipso) apprehensionem, adeoque tolluntur quoad formale  
relativum seu quoad reatum, ne accusent & damnent, juxta illud: ἄδεν  
κατὰ κριμα Rom. 6, 1. Non tolluntur quoad formale absolutum, cum justi-  
ficatio consistat ratione termini à quo in peccatorum seu injustitiæ remis-  
sione, relatione termini ad quem in justitiæ à CHRISTO partæ imputatio-  
ne: ut pridem contra Papistas ab Orthodoxis [b] demonstratum. In actu  
renovationis peccata tolluntur non per totalem abolitionem, relinquitur  
enim in renatis ἀμαρτία εὐπερίστατον, quæ à DEO omninò deprehenditur,  
& ab ejusdem voce, lege morali, accusatur, sed per dominii ablationem  
Rom. 6, 14. & graduum viriumq; imminutionem potius quàm annihilatio-  
nem Gal 5, 24. In solutione unionis naturalis tollitur demùm peccatum,  
quoad formale absolutum per beatam ἀνάλυσιν. Ad II. Concupiscentiam  
in renatis esse peccatum, quod DEUS carpere possit, concluditur tum ex lo-  
cis istis, è quibus peccati originalis existentia probatur contra adversarios  
negantes illam vel directè [c] vel indirectè Gen. 6, 5. Psal. 51, 7. Rom. 5, 12.  
Tum verò ex dictis petitis ex cardinalis hujus doctrinæ sede Rom. 6. & 7.

E 3

Assi-

[a] In Encomio Scripturæ sect. 1. num. 49. præfixo Comment. in Penta-  
teuch. [b] B. Chemnit. part. 1. Exam. C. T. ad sess. 6. p. 149. B. Gerb. Tom.  
3. LL. CC. B. Meisn. in Antrop. disp. 27. q. 1. cl. 4. & 5. Rev. atq; Excell. Dn.  
D. Brochman. Syst. Tom. 2. Art. de justif. c. 4. q. 10 [c] Anabapt. in coll.  
Franckenthal. p. 29. Zving. Tom. 1. L. de Bapt. Item in Conf. edita Anno 1530.  
Socin. de serv. part. 4. c. 6. Catech. Rac. p. 250. Ostorod. in Instit. c. 33. Armi-  
niani in Apol. cap. 7. p. 84.



Assignat illa *concupiscentie* in renatis residuæ Peccati *appellationem* Rom. 6, 2. 6. 7. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. cap. 7. v. 7. 8. 9. 11. 2. Peccati propriè dicti *descriptionem*. Describunt verò dicta illa Concupiscentiam vel *negativè*, quod non sit bonum vel *affirmativè* quod sit malum. Rom. 7, 16. 18. 3. Peccati propriè dicti *definitionem* 1. Job. 3, 4. Hanc *Apost.* accommodat ad concupiscentiam Rom. 7, 7. 8. 14. 22. 4. Peccati *affectiones & operationes* Rom. 7. v. 14. 16. 23. Ad III. *A præcepto ad ejus executionem* N. V. C. Non quæritur, quales electi esse debeant in vita præsentis, sed quales sint & esse possint, quamdiu concupiscentiam modo delineatam, quam DEUS & renati ipsi odio prosequuntur. secum circumferunt & carnis ac spiritus luctam experiuntur? Respondet verò electum DEI organum de omnibus renatis & consequenter de electis conquerens Rom. 7, 15. Non quod volo hoc ago v. 16. quod non volo hoc facio &c. Sic N. V. C. Cornel. à Lap. debuit solidè, breviter, methodicè & clarè tradere sensum maximè literalem & genuinum hujus loci: Talem enim scopum sibi præfinit [a] E. talem sensum tradit. Consequentiam negat, vel saltem in dubium vocat ipse, quando subjungit l. cit. Hunc scopum in omnibus spectavi & specto; an assequar, Lectoris esto judicium. Hactenus contra Cornelium. Estius more Papistarum confundit justificationem quæ est actus instantaneus cum renovatione quæ est motus successivus, & contra Scripturam, justificationem transformat in Ens per aggregationem.

IV. *Utrum verbum ἐχαρίτωσεν adstruat justitiam imputativam & simul destruat justitiam inhesivam?*

§. 43. *Affirmativam* persvadent rationes membr. 1. §. 34. subjectæ *Negativam* arripiunt Papistæ, [b] quippe qui ex hoc verbo eruere conantur *justitiam inhesivam*. Operosior est cæteris Bellarm. & Becanus, quorum rationes sunt adducendæ & succinctè refellendæ. *Miror*, inquit *Becanus*, *homines*, qui suo *judicio spurci & inquinati sunt*, etiam ex *scripturis pro se patrocinium* querere. Nimirum citant illud Eph. 1, 6. gratificavit: unde colligunt nos justos esse & gratos in CHRISTO non in nobis ipsis. At nos contra colligimus. Nam Græcus textus ita habet: ἐχαρίτωσεν h. e. fecit nos gratiosos in dilecto, ut interpretatur Chrysost. At quomodo nos facit gratiosos nisi infundendo gratiam & justitiam, ut idem Autor exponit. Et hoc

[a] In *Epist. Dedic. sui Comment.* [b] *Corn. à Lap. Estius & Menochius in comm. b. l. Bell. l. 2. de gratia cap. 11. Becan. in Man. l. 1. c. 16. quest. 3. n. 4.*



hoc in dilecto suo Filio h. l. propter merita CHRISTI. In hæc verba contraxit *Becanus* discursum, quo *Bellarmin.* l. c. integros tres *SSS.* consumsit.

§. 44. Resp. 1. Committi à *Jesuitâ* sibi familiarem fallaciam divisionis, dum dividit conjungenda. Concludunt orthodoxi, justitiam imputativam non ex uno verbo ἐχαρίτωσεν v. 6. sed simul ex v. 7. ubi modus describitur, quo in illo Dilecto grati reddimur, nempe per sanguinem ejus, quo parata est ἀπολύτρωσις, ita ut ex h. l. asseri possit non tantum gratuitum DEI decretum & intentio, sed etiam æquè gratuita, tum per remissionis acquisitionem tum per acquisitæ oblationem & applicationem executio, h. e. quod uti Prædestinatio ita Prædestinatorum redemptio vocatio & justificatio sit planè gratuita respectu nostri, non verò respectu Christi, ex parte cujus meritoria est. *Chrysofostomi* auctoritatem si planè rejicerem, nihil à *Becani* ejusdemque gregalium licentia alienum committerem: Quæ enim πειρήσια *Jesuitæ* [a] in repudiandis *Patrum* expositionibus gaudent, eandem aliis nullo jure invidere possunt. Verùm adhuc specialio rem responsum monstrat *Perer.* [b] *Chrysof.* inquit in suo dicendi genere concionatorio & populari oratoriam potius & popularem in dicendo amplitudinem sequitur, quàm limitatam disputantium in scholis Theologorum subtilitatem. Idem *Comm. ad Rom. 3. disp. 6.* Admoneo hîc Lectorem, inquit, sententiam *B. Chrysof.* nec probabilem esse, nec probam. Nec *Chrysofostomo* æquior est *Maldon.* [c] Caveat lector, inquit, si *Chrysofostomum* in h. l. legat, ne in *Pelagianorum* heresim incidat.

V. *Utrum ἀγορεύειν & ὁρεύειν sint æquipollentia?*

§. 45. Negativam stabiliunt rationes ex §. 24. petendæ. Affirmativa est *Papistarum.* [d] Hi, ut *Vulg. Vers.* quæ *Rom. 1, 14.* ὁμοιωθέντες reddidit prædestinati, vindicent, excipiunt, *Latinum Interpretem* optime transtulisse ob duas rationes; quia 1. ὁρεύειν, ὁρισμός, ὁρισμένον, per-

[a] *Salmero* l. 1. *Proleg. in Epist. Pauli disp. 6 circa finem. Tom. 13. in Comm. ad c. 5. Rom. disp. 51. Maldonat. in comm. ad Matth. 20. v. 22. c. 19, 11 c. 16. v. 18. c. 11. v. 11. Sixtus Senens. Bibl. S. lib. 5. annot. 8. Baronius in apparatu num. 69. Christoph. à Castro comm. ad Joel 1. v. 4. 5. Amos 8. v. 5. Hagg. 2. v. 10. Franc. de Mendoza in comm. 1. Reg. cap. 2. v. 10. p. 379. [b] *Comm. in Gen. 18. 16. Disp. 3.* [c] *Comm. in Job. 6. Conf. Toleti comm. in Job. 6. annot. 20. Sixt. Senens. præfat. in lib. 5. Bibl.* [d] *Bellarmin. l. 2. de verbo Dei c. 14. quem sequitur Autor Monotessari Distinctione 568.**



perpetuo in Scripturis significat definire, statuere, nunquam verò declarare, Act. 2, 4. & 12. Rom. 8, 2. omnes Latini interpretes Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Ambrosius, Sedulius, August. ita legunt.

§. 46. Resp. ad primum 1. Negando consequentiam ex hypothesi Jesuitæ Estii. N. V. C. Nusquam alibi vox *ὁρίζω* significat designare, declarare. E. nec hoc loco. Hæc enim concludendi ratio si obtineret, omnis aditus præcluderetur ad investigandam significationem vocum & phrasum semel tantum in codice sacro repertarum, qualis Estii judicio est illa, quæ legitur Rom. 1, 17. *ἐκ πίστεως εἰς πίστιν*. 2. Negando antecedens. Legitur enim verbum *ὁρίζω* Ebr. 4, 7. quod à Vulgato redditur terminare, atque Estio interprete idem est ac designare diem promerenda requiei. 3. Urgendo in dolem dictionis: quia prædestinari dicuntur nondum existentia, destinari & definiiri dicuntur existentia. Nec est, cur excipiat Bellarm. l. c. Filium DEI dici prædestinatum, non ut inciperet esse, sed ut inciperet homo esse, juxta illud Petri 1. Epist. 1, 20. Tum quia Apostolus Rom. 1, 4. de prædestinatione *λέγει ἐνσαρκος* non loquitur: Tum quia 1. Petr. 1. Christus dicitur *προγεγνωσμένον* non ad salutem consequendam, sed ad eandem promerendam: Tum quia Paulinum *ὁμοθεύον* exponitur Act. 2, 22. per *διπροθευμένον*.

§. 47. Ad Secundum Resp. Patribus Latinis in dolem græci idiomatis non adeo attendentibus opponendos esse Græcos, quibus in hujusmodi quæstionibus plus tribuendum. Chrysof. Homil. 1. Rom. *Τὸ ἔν ἐστὶν ὁμοθεύον*; Resp. *δεικθένον*, *διπροθευθένον*, *κερθένον*. Necum. secutus Chrysofostomum similiter *ὁμοθεύον* explicat per *διπροθευθένον*. Cum iisdem facit Theodor. Theophyl. Adstipulatur Syrus qui Græcum *ὁμοθεύον* vertit per suum *עֲרִיבִין* agnitus vel cognitus. Adstipulantur ipsi Latini. Nam & Tertull. adv. Prax. c. 27. legit Definitus. Hieron. Comm. in Epist. ad Ephes. non solum ita legit, sed Latinum interpretem etiam corrigit, quod differentiam inter *προορίζω* & *ὁρίζω* non explicet, quam ipse prolixè deducit ex collatione hujus loci & Rom. 1. Hilarius 7. de Trin. legit: demonstratus, & pariter cum Hieron. ac Tertull. ex hac voce probat coessentialitatem Filii cum Patre. Irenæus cur inter Latinos refertur? Interpretem secutum esse vulgatam lectionem fatetur Justinianus. Irenæus ipse inspectus l. 3. c. 18. ex voce *ὁμοθεύον* demonstratam hominibus Christi divinitatem demonstrat, non prædestinationem ad gloriam. Nec dissimulat hoc Estius Papistis supra citatis hac vice candidior. [a] Sciendum est, inquit,

[a] in Com. ad Rom. 1, 4.



quit, *Græcam vocem ὁρισθέν*, quæ legitur *b. l.* non significare prædestinatum aut prædefinitum, sed simpliciter definitum, determinatum, decretum. *Ruffinus, Origenis interpres, destinatum vertit*: Tandem subjicit talem *ὁρισθέν*. Qui factus ex semine David secundum carnem etiam declaratus & certissimis argumentis comprobatus fuit Filius DEI. Latino-*rum auctoritas veritati præjudicare nequit. Tertullianus legit definitus, teste Estio. Cæteri ferè pro more secuti sunt Vulgatum, à quo saniores (b)* Papistæ pridem discessere.

II. CALVINISTARUM *Embdanorum, Hassiacorum, Leiden-  
sum, scorsim verò Calvinii, Bezae, Polani, Paréi,  
Maccovii, Amesii, Triglandi.*

I. *Utrum ex h. l. v. 4. 5. & 6. rectè inferatur, Christum ingredi Ele-  
ctionem veluti causam meritoriam?*

§. 48. Pro negativâ tanquam pro Palladio (c) & Atlante totius Religionis Calvinisticæ dimicant omnes & singuli Calvinii gregarii (d) Hinc tam curiosè distinguunt *inter causam Electionis exequendæ seu à posteriori ac consequenter spectatam & inter eandem spectatam à priori seu antecedenter. Priori modo CHRISTUM inter Electionis causas refe-  
runt. Posteriori modo eandem removent atque excludunt. Cùm verò Calvinistæ Embdani (e) in detorquendo oraculo nostro cæteris operosiores sint, adeò ut judicium eorum lectu dignius censeatur (f), digniorem iisdem locum concedemus, & in eorundem industriam primùm inquiremus. Opponunt verò Orthodoxæ expositioni 1. Causæ electionem ingredientis proprietatem. Causam Electionis, inquiunt, oportet esse ab æterno: Christi meritum non est ab æterno. E. 2. Christi ipsius Electionem. Qui ad munus Mediatoris ab æterno electus est, ajunt, ut nim. Electos cum DEO reconciliaret, is est Electionis non causa sed effectus. CHRISTUS est talis. E. Major probatur. Non ideò elegit nos DEUS. quod Christus pro nobis moriturus erat, sed contra ideò Christus pro nobis mortuus est, quia DEUS nos elegerat in ipso. 3. eligentis & eligendorum conditionem: Electi, per-*

F gunt,

---

(b) *Erasmus, Faber. Cajet. in com. Rom. 1. (c) Vid. Dnn. Theol. Marpurgenses in der gründlichen Ausführung cap. 1. (d) Videantur præ aliis judicia Calvinist. in Actis Syn. Dordr. de art. 1. part. 1. & 2. (e) in Actis Syn. Dordr. part. 1. p. 586. (f) in Actis Syn. Dordr. part. 1. p. 586. (g) ab Henrico Diest. in Instruct. de rat. Stud. Theol. part. 2. c. 25.*



gunt, cum eligente uniri non poterant, nisi per ejusmodi medium, quale est CHRISTUS Θεάνθρωπος, conjungerentur. 4. Absurditatis illationem: Si propter CHRISTI meritum, idq; fide apprehensum, inferunt, electi sumus, sequitur, prius nos in Christum credidisse, quam fuimus electi, quod absurdum.

§. 49. Resp. ad I. confundi meriti CHRISTI prævisionem & intuitum cum ipso actu atq; exhibitione. Priori modo illud ab eterno fuisse & electionem ceu causa meritoria ingredi dicitur. Posteriori respectu ad temporis plenitudinem restringitur Gal. 4. v. 4. Tantum verò abest, hanc distinctionem ab Embdanis in dubium vocari posse sub aliqua probabilitatis specie, ut potius a cordatioribus Calvinistis (a) disertis verbis inculcetur. Audiant suum Patrem. (b) Quomodo mactatus dicitur agnus, cum nondum esset in rerum natura? Resp. Mactatus est semel tantum in cruce ante annos 1585. reali passione, variè tamen antè mactatus dicitur. 1. eternâ DEI præordinatione ad hoc, ut mactaretur aliquando. 2. Promissione de semine mulieris. 3. fide Patrum. 4. in victimis. 5. in membris. Quæ explicatio, juxta posteriora quatuor membra, licet sit analogâ fidei minùs tamen est analogâ textui, sin secus δύο καταβολῆς κόσμου & πρὸ καταβολῆς κόσμου sunt æquipollentes formulæ. Prætereà ratio 1. Embdanorum adducta potest infringi per instantiam: Homo lapsus non est ab eterno. E. homo lapsus non potuit esse prædestinationis objectum. Conclusio est falsa consentientibus plurimis Calvinistis imò ipsis Embdanis. (c) Minor vera. E. falsa est Major planè illimitatè accepta. Ad II. distinguenda est πρὸ γνῶσις Christi à nostrâ πρὸ γνῶσις. Juxta illam dicitur CHRISTUS præscitus ad salutem nostram promerendam: juxta hanc prædestinati sumus ad salutem illam consequendam. Probatio majoris convincitur apertæ falsitatis ex argumentis, quibus §. 15. demonstratum: meritoriam causam esse CHRISTUM Θεάνθρωπον. Ad III. resp. Electi uniuntur cum eligente per Christum, non veluti per medium electionem demum consequens & præsupponens, sed velut per causam atq; intrinsecum principium unionem istam promerens. Vid. membr. 1. §. 12. Ad IV. fides nostra spectata sub ratione causæ organicæ Christi meritum apprehendentis concipitur  
non

(a) Ita Chamier Tom. 2. Panstrat. l. 25. c. 11. §. 2. Polan. l. 6. Synt. c. 18. secutus Præceptorem suum Gryneum Tom. 2. Diss. p. 122. seq. Quod nondum fuit ordine naturæ tamen semper existit vi & efficacîâ. (b) in Comm. ad Apoc. 13. 8. (c) vid. membr. 1. §. 12.



non ut prior vel merito Christi, ad quod tanquam ad suum correlatum terminatur, vel electione, cuius  $\pi\epsilon\sigma\iota\phi\epsilon\rho\sigma\iota\alpha\nu$  ingreditur, sed prout simul est & cum merito Christi & cum electione, quò ferè pacto sese habet in actu justificationis, ubi fides concurrat ut causa organica justificationis, ita tamen, ut eadem prior tempore non sit.

§. 50. Haec de exceptionibus generalibus, quibus  $\text{Ανάλυσις}$  Membro I. proposita oppugnatur. Speciales suggerit Maccovius. (a) Excipit verò I. circa analysin v. 4. & 5. in verbis, *Elegit nos in ipso* &c. esse manifestam trajectionem; vid. τὸ ἐν αὐτῷ referendum esse non ad ἐξελέξατο, sed ad τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀγίους ἢ ἀμώμους: Sic, ait, haec verba construenda: *Elegit nos, ut essemus sancti & inculpata in ipso ante jacta fundamenta mundi.* Rationes, pergit, cur haec trajectio necessariò in his verbis sit admittenda, sunt hæ: 1. quia τὸ εἶναι construendum est necessariò cum ἐξελέξατο, cum nullum sit aliud, quod precedat infinitivum esse. Sensus ergò hic erit: *Elegit nos esse in Christo.* 2. Ostendit hoc versus antecedens tertius, cui respondet hic quartus: *Nam dicit benedixisse DEUM omni benedictione, quæ est in Christo.* Et docet Electos nos esse ad hoc ab eterno, ut in illo nobis benedictiones istas conferret. Verum resp. in genere: Illam, quam Maccovius excogitat trajectionem, tam intempestivam esse, ut eam disertis verbis improbent Calvinistæ alii. (b) In Specie trajectio ipsa ut admittatur, neutra concludit ratio: Non constructio. Etenim N. V. C. Infinitivus esse regitur a verò ἐξελέξατο, quod solum precedit. E. τὸ ἐν αὐτῷ referendum est ad τὸ εἶναι ἡμᾶς &c. non ad τὸ ἐξελέξατο. Eadem facilitate contra Maccovium concluderem, participium  $\pi\epsilon\sigma\theta\omicron\rho\rho\iota\sigma\iota\varsigma$  v. 5. regitur à verbo ἐξελέξατο. E. τὸ ἐν αὐτῷ referendum est ad particulam  $\pi\epsilon\sigma\theta\omicron\rho\rho\iota\sigma\iota\varsigma$ , non ad τὸ εἶναι ἡμᾶς. Deinde hac sua importuna trajectione Maccovius trajicit & confundit duo distinctissima: repetitio enim pronominis ἡμᾶς circumscribit duplicem Electorum seriem, nimirum quatenus substernuntur tum ipsi Electioni tum Electionis executioni. Licet ergo negari nequeat, electos etiam esse ἐν αὐτῷ quoad executionem: evidenter tamen Apostolus illud ἐν αὐτῷ restringit ad ἡμᾶς prius, h. e. ad electos, prout substernuntur ipsi electioni. Non preced. v. 3. collatio: Characteristica enim similitudinis καθὼς arguit eandem esse causam meritoriam tem-

F 2

po-

(a) In Coll. Theol. questionum de Prædestin. in Acad. Franek. An. 1618. & 1619. publicè disputatarum Disp. 6. (b) Amesius in Coron. ad Coll. Hag. art. 1. c. 3. Triglandus in tract. de gratia Elect. pag. 198.



poralis benedictionis atque æternæ electionis, quia utraque dicitur facta *ἐν Χριστῷ*. Idem *Maccovius* l. c. negat ex v. 6. probari posse, *Christum esse causam meritoriam*, vel *DEUM* hominibus bona velle non nisi in *CHRISTO*, cum tamen serîo velit omnium peccatorum salutem b. e. ut inimici ir-regeniti & impii fiant justificati. Verum resp. 1. repetendo distinctionem inter gratiam & benevolentiam *Generalem*, quâ amplectitur omnes peccatores & *Specialem* qua profequitur solos peccatores credentes. De hac non de illa sermonem esse liquet ex dictis. 2. Utraque gratia & benevolentia fundata est in Christi merito seu *ἐν ἡγαπημένῳ*: Illa quidem in meriti acquisitione: Hac in ejusdem applicatione.

§. 51. Porro placuit *Amesio* (a) in hujus oraculi detorsione suam nobis probare alacritatem magis quàm dexteritatem. Excipit, eligere in Christo & eligere propter Christum, non debere confundi: In Abrahamo, pergit, decimatus est Levi Ebr. 7, 9. sed non propter Abrahamum, ut causam impellentem. 2. Palam est ex ipso contextu, Christum ibi ad electionis terminum quidem, vel bonâ, que destinantur Electis antecedentis etiam cause rationem habere, sed ad actum ipsum intentionis divinæ consequentis potius effecti. Sic enim v. 3. omnes benedictiones nobis communicatas affirmat: v. 5. adoptio manifestè conjungitur cum verbis illis per Jesum Christum, non actus prædestinantis. Neq; hoc patitur particula (per) quæ medium denotat à destinatione finis dependens, & satis explicat alteram illam phrasin in Christo. Resp. ad I. In genere. Sicut propositio *IN* est characteristicam interdum efficientis, & accipitur pro A. Luc. 4, 1. ἐν τῷ πνεύματι. Instrumentalis Matth. 3, 11. ἐν ὕδατι. Objectis Rom. 11. ἐν ἐλπίδι; ita quandoque est Character cause meritorie, significans propter Luc. 22, 20 ἐν τῷ αἵματι? quod pridem observarunt è nostris Flacius (b) D. Glass. (c) Ex Papistis Perer. (d) Corn à Lap. (e) More Ebraeorum, inquit, Apost. sumit *IN* pro per, ex, de, cum, propter, apud, & per *IN* significat omne genus cause, ut τὸ in Christo, quod singulis penè iterat versibus Eph. 1. jam significat per Christum, jam propter Christum, ex Christo, cum Christo, in Christo: In Specie: locutionem in Christo & propter Christum, ex Christo, cum Christo, in Christo etiam æquipollentem esse patet ex 1. Cor. 1, 4. ubi ἐν accipitur pro *Ab* teste Paréo (f) 1. Cor. 15, 22. Gal. 3. & b. l. sicut suprâ ostensum, Locus Ebr. 7, 9. op-

(a) In Coron. ad Collat. Hag. Art. 1. c. 11. (b) p. 1. Cl. voce *IN*. (c) l. 3. Gram. 5. Tract. 6. can. 6. (d) in lomm. Gen. 32, 10. (e) in Can. Verb. n. 25. (f) in Comm. l. cit.



( 4 )

ponendus non orthodoxis, qui ἐν & διὰ interdum æquipollere concedunt, sed iis qui præpositiones istas ubiq; æquipollentes esse contendunt. Accedit quod exemplum citatum potius sit contra Amesium, quàm pro illo; quia propositio ἐν Ebr. 7. non denotat causam Instrumentalem & mediam, pro qua acceptione laborat Amesius, sed materiam in qua, sive subjectum. Ad 2. Christum ipsum cause & antecedentis rationem habere non tantum ad electionis terminum, ut vult Amesius, seu, ut alii (a) loquuntur, in electione exequenda, sed etiam ad actum ipsum divinæ intentionis, partim probatum est supra, partim ex rationibus ab Amesio adductis contra eundem probari potest: Sicut enim Christus se habet ad benedictionem & adoptionem, ita se habet ad electionem: Atqui ad illam se habet non ut effectus, sed ut causa. E. Major probatur ex §. 5. Minor est concessa à Calvinistis. Nec est cur urgeat acceptionem particulæ per, quasi denotet medium, nisi patrocinari velit Hæreticis & vetustioribus Aëtianis, objicientibus præpos. per 1. Cor. 8. instrumentum denotare, quibus pridem satisfacit Basil. ostendens, istam præpositionem summum efficaciam gradum indigitare: Et recentioribus Papistis, qui simili abusu vocis διὰ 1. Cor. 3, 15. ignem purgatorium sufflare conati sunt.

II. Utrum ex v. 4. & 5. apodicticè concludatur, fidem concurrere organicè ad Electionem?

§. 52. Affirmativa fidem conciliant argumenta §. 16. collecta. Negativa est Calvinistarum conjunctis viribus dicti nostri orthodoxam analysin impugnantium. Excipiunt 1. Embdani (b) distingventes inter τὸ in Christo esse & in Christo eligi. Hæc duo, inquiunt, distinctè considerari debere, inde liquet, quod ante jacta mundi fundamenta simus electi in Christo, ut loquitur Apost. sed non ante jacta mundi fundamenta fuimus in Christo, sed tùm demùm, quo tempore per fidem inserimur. Amesius (c) In Christo, inquit, hic nullo modo referrri debet ad Electionis objectum, vel homines, qui electi dicuntur quasi ii in Christo prius fuerint, sed ad actionem DEI, sicut verba ipsa satis clarè indicant. Non enim habetur ἐν τῷ εἶναι, sed elegit nos ἐν τῷ εἶναι h. e. per eum ut v. 7. ἐν τῷ h. e. per quem Col. 1, 16. ἐν αὐτῷ per illum omnes creaturæ conditæ sunt. Eiusdem tenoris est Triglandi exceptio (d) τὸ (in ipso) referendum esse non ad pronomen (nos) sed ad verbum elegit. F 3 §. 53.

(a) Helvetii in Actis Syn. Dordr. pag. 538. Perkinsus de Prædest. p. 15. Leidenses Disp. 24. th. 29. (b) in Act. Synod. Dordr. part. 1. pag. 581. (c) in Coron. ad Coll. Hag. art. 1. c. 3. (d) In tract. de gratia Elect. p. 198.



§. 53. Verùm imbelles nimis sunt exceptiones, quibus Calvinista citati ἀνάλυσιν nostram petunt. Nam (1) Embdani ludunt ambiguitate vocis *fidei*, quæ spectatur perinde ac meritum Christi, quod apprehenditur, vel ratione *prævisionis* & *intuitus*, vel ratione *exhibitionis* & *actus*: Priori respectu electi dicuntur ab æterno fuisse per fidem in Christo: Posteriori dicuntur iidem per fidem inseri in tempore. Nec ulla ratio probabilis afferri potest, cur determinatio illa ἐν χριστῷ referatur tantum ad DEUM eligentem, non verò simul ad homines electos cum tamen iidem legantur ἐν χριστῷ benedicti in tempore v. 3. (2) Amesio pridem satisfecit Flacius: (a) Verbum *Sum*, inquit, l. c. cum suis conjugatis creberrimè deficit, plerumq; verò in pronomibus & adverbis subintelligitur, cujus exempla sunt innumera tum in V. tum in N. T. Quod autem h. l. participium istud subintelligendum sit, liquet ex testimoniis ab ipso Amesio adductis, quorum alterum pro nobis, alterum apertè contra Amesium pugnat. Nam Eph. 1. v. 7. Christus introducitur ceu causa meritoria nostræ salutis quoad executionem, sicut v. 4. & 5. adducitur velut causa meritoria ejusdem quoad electionem Col. 1. v. 16. partic. ἐν non est Characteristica cause intermedia, nisi Amesius cum Arianis Christum creationis causam instrumentalem face-re velit: sed cause efficientis primaria.

§. 54. Quod nativam v. 5. ἀνάλυσιν concernit, licet illa Calvinistarum hæresin directè oppugnet, eò tamen audaciæ & confidentiæ progressi sunt Adversarii, ut eandem ex eadem propugnare audeant. 1. Embdani (b) duo opponunt. 1. Adoptionem: DEUS inquit, nos dicitur prædestinasse in adoptionem, vel quos adoptaret in filios: unde colligitur, prædestinationem esse adoptionem, & proinde etiam fide priorem. Eadem est Ursini exceptio. (c) 2. Determinationem: Dicit Apost. pergunt, DEUM nos prædestinasse in se. Quo innuit, eum in eligendo nihil extra se ac proinde nec fidem nec perseverantiam in ea considerasse. (3) Ἐδοκίαν & Ἰελημά: Ubi hæc εὐδοκία locum habet, ibi, pergunt, prævisa hominis fides locum habere nequit. Est enim beneplacitum DEI, ex quo fidem dat, fide prius, ac proinde fides ejus causa movens esse non potest. (4) Ad laudem gloriose gratie sue. Hæc gratia omni modo gratuita esse non posset, si aliquid in homine foret, quò ad gratiam hanc homini conferendam moveretur Deus: Nec solius DEI hæc ratione gloria esse posset. Quæ argu-  
menta

(a) Part. 2. clav. tract. 3. p. 272. (b) part. 1. Act. 1. pag. 582. (c) in Explic. Catechet. part. 2. p. 215.



menta *Embdanorum* quâ probabilitate *Remonstrantibus* opponantur, meum non est, hâc vice operosè disquirere, sed potius ἀνάλυσιν modo exhibitam ab eorundem insultibus vindicare. *Resp.* igitur

§. 55. Ad I. Confundi *electionem* cum *executione*: Adoptio illa v. 5. quæ expeditur tum *inchoativè* per regenerationem, tum *consummativè* per glorificationem, est effectus electionem consequens, non causa eandem ingrediens, neque synonymum Electioni æquipollens. Et hæcenus electio est prior adoptione. Fides verò *diverso respectu* partim *simul* est cum Electione, partim eadem *posterior*: *Simul* est cum ea, prout spectatur ratione prævisionis *Posterior* est spectata ratione exhibitionis & actualis apprehensionis. Ad II. Respond. tum καὶ ἀλήθειαν tum καὶ ἄνθρωπον. καὶ ἀλήθειαν concedi potest τὸ εἰς αὐτὸν habere vim exclusivæ excludentis non quodvis, excludit enim *nec fidem futuram nec meritum CHRISTI, nec hominis culpam*, sunt verba *Martinii*, (a) sed *causam meritoriam extraneam*, qualis est meritum operum & ipsa fides habitualiter spectata Unde *Vorstius* (b) p. t. Calvinisticæ Electionis propugnator: *Tenendum* inquit, *decretum electionis, quantum ad causas efficientes attinet, omninò absolutum esse, h. e. nullo modo à prævisione nostrarum virium pendere: sed in mero DEI beneplacito, & pura erga nos benigneitate fundari. Quantum ad causam formalem & finalem attinet idem decretum non prorsus absolutum, sed conditionale h. e. certis mediis & conditionibus est circumscriptum.* Nec *Vorstius* tantum, sed insuper *Paræus* (c) fidem, ut medium ad finem electionis ordinatum admittit. καὶ ἄνθρωπον; *ex paraphrasi Piscatoris.* Hic enim verba εἰς αὐτὸν non cum *Embdanis* restringit ad causam efficientem, sed ad *finalem.* Attingit, ait, (d) *causam finalem, nempe gloriam DEI, cum ait, DEUM nos prædestinasse εἰς αὐτὸν* (h. e. ut mihi quidem interpretandum videtur) *ad gloriam gratia sue, sicut infra expressius loquitur v. 6. 12. & 14.* Ad III. Committitur *fall. ignorationis Elenchi.* *Embdani* enim occupati sunt in destruendo illo effato, εὐδοκίαν *fide priorem esse*: Hoc verò nos non adstruimus, quippe qui concedimus summam & *principalem causam* electionis esse voluntatem DEI Patris in CHRISTO, & hoc modo *fidem non esse electionis causam, sed dilectionis divina in Christo effectum*, quo pacto omnia Christi be-

(a) In *Incisione* cap. 7. (b) in *LL. Commun. ad Ephes. 1.* (c) in *comm. ad Rom. 9. dub. 6.* (d) In *Analyse Logica Eph. 1.* Vid. *B. Menzeri Anti-Martin. cap. 7. pag. 27.*



beneficia, Evangelica promissa dicuntur effecta divinæ electionis & dilectionis. Confundunt igitur *Gratiam* cum *ipsâ Electione*. Ratione *illius* fides posterior est: Ratione *hujus* simul est, ceu organica causa cum suo causato. Ad IV. Fallunt *Elencho oppositorum*: Prævisio enim fidei à nobis admittenda adeò non obscurat gratiam Electionis, ut Electio hinc potius declaretur esse gratuita, quòd verà fide non operibus eam apprehendi voluit, *Rom. 4, 16*. Nec enim, quando *Fides* electionis causa dicitur, consideratur *absolutè*, prout habitus vel actus à nobis elicitus est, sed *relativè*, quatenus meritum Christi apprehendit, quippe quâ laus gloriosæ gratiæ illustrior redditur, dum gloriatio nobis derogatur, & in solidum gratiæ divinæ resignatur non secus atque in *actu justificationis*.

§. 56. *Polanus* (a) ne & ipse otiosus videatur, ad argumenta pro Fide electionem ingrediente ex textu eruta excipit 1. *Committi fall. ignorantis Elenchi*, ac sophisticè declinari statum controversiæ: *questio est*, inquit, *An fides sit causa instrumentalis*. Conclusio igitur argumenti esse debebat: Fidem esse causam instrumentalem Electionis. 2. *Ambigua est*, pergit, *conclusio*: Nam si *prædestinationis nomen* *ουκ εδοχικως* intelligatur pro Electione, competit ea solis credentibus, *sin absq̃* *Synecdoche* & *simpliciter accipiatur, falsa est conclusio*. Nam *prædestinatio est gemina, una Electorum ad vitam eternam, altera reproborum ad mortem, de qua vide testimonia vetustatis in Sympb. Cathol. c. 4. th. 2*. Resp. 1. Si conclusionem totidem literis & apicibus non inferre, est statum controversiæ sophisticè declinare, ipsi Calvinistæ perpetuò statum declinasse deprehenduntur. Evinct hoc ipsorum praxis, in *coll. Hag. art. 1*. ubi conclusionem Remonstrantium oppugnare debebant contradictoriè: *Fidem non esse conditionem Electionis prærequisitam*: Atqui Antagonistæ illi nihil minùs faciunt, sed operosè subinferunt, vel *fidem non esse causam* vel *Electionem non esse conditionatam*. (b) 2. *Polanus* sophisticè declinationem sophisticam objicit. Ignorare enim nec debuit, nec potuit, orthodoxos non morosè litigare de appellatione, ut quis appellet fidem, vel *causam instrumentalem* vel *conditionem*, vel *partem ordinis prædestinatorii* vel *determinationem* sive *perpetuam Electorum notam*, modò concedat pars adversa, *electionem non esse*  
ab-

---

(a) *lib. 4. Synt. c. 9. pag. m. 1585. & 1587*. (b) *Ejusdem ἀσυνδοχικως* rei sunt *Theol. Synodales in judiciis de quinq; articulis controversis*. Imò ipse *Polanus* tum in *Synt. l. 1. cap. 9. tum in Sympb. cap. 4. th. 4. ubi allegat testimonia Patrum docentium, fidem non precedere*.



*absolutam, sed includere meritum Christi fide apprehensum. Tandem vetustatis testimonia à Polano frustra contra nos allegantur. Resp. enim (1) verbis Sadeelis (†) summi, si Polano credimus, Theologi. Ad fidem confirmandam veterum Doctorem scripta eatenus esse recipienda, quatenus cum sacris literis conveniunt. Atqui dum Prædestinationem genus Electionis & reprobationis faciunt, cum S. literis non conveniunt, fatentibus cordatioribus Calvinistis §. 24. adductis. (2) verbis Polani (\*) Consensus cum vera h. e. Prophetica & Apostolica Antiquitate, sicubi in confessionibus & scriptis maximè particularibus, aut in Doctores vetustis & recentioribus non deprehenditur, non modò omnibus liberum est, sed etiam necessarium dissentire. Subsumo: quando genus Electionis ipsam Prædestinationem faciunt, non deprehenditur consensus cum vera antiquitate doctrinæ Apost. Eph. 1. v. 4. & 5. ubi Electio & Prædestinatio ceu synonyma permutantur. E.*

III. *Utrum verba ista vers. 4. εἰς αἰῶνα ἡμεῖς ἀγίως, probent, fidem Electione esse posteriorem?*

§. 57. *Negativa corroborata est §. 26. Demonstratum ibi, sanctitatem de qua Apost. loquitur, inchoatam & consummatam fidem relativè spectatam non includere, sed presupponere. Affirmativa est Paréi (a) Molinæi (b) Embdanorum (c) Censorum Leidensium. Ineptum est, inquiunt statuere jam credentes & in fide perseverantes electos esse, ut sint sancti, quia & ipsa fides sanctitatis pars est, & sine sanctitate reliqua nunquam fides existit in verè electis.*

§. 58. *Pro hujus loci vindicatione repetenda est distinctio 1. fidei quatenus sanctitatis pars est, vel non est. Consideratur enim fides vel absolutè & habitualiter prout est virtus primi præcepti pertinens ad Artic. de lege & B. operibus; quomodo fidem Aug. C. considerat, quando eandem velut præcipuum, bonorum operum catalogo accenset, ex quo loco Re-*

G

mon-

---

(†) *In Tract. de Verbo DEI scripto c. 5. Reg. 1. Conf. quæ de Patrum Autoritate sentiunt Calvinistæ alii: Hyperius in tract. de ratione Studii Theol. lib. 4. cap. 9. per tot. Rivetus in Tract. de Patrum Autor. Critico Sacro præmissio cap. 2. Lydius in Notis ad Disput. Taboritarum pag. 169. Sutlivius lib. de recta ratione Studii Theol. c. 5. p. 47. (\*) lib. 1. Synt. c. 45. pag. 717. (a) In act. Syn. parte 1. p. 294. In comm. ad Rom. 9. idem repetit dub. 6. (b) In Act. Syn. part. 1. pag. 396. (c) ibid. pag. 582.*



*monstrantes* (a) perversè concludunt, *Aug. Conf.* (b) fidem ut virtutem & opus nostrum considerare in negotio justificationis, è qua tamen eadem *Conf.* juxtà illum respectum Fidem planè removet *art. 4.* Vel *relative*, prout CHRISTI meritum apprehendit. Juxtà *priorem* acceptionem est pars sanctitatis, eaque cum ad primam tabulam pertineat, primaria: Non verò juxtà *posteriolem*. Licet enim *fides* *relative* spectatà non existat *solitaria* extra sanctitatis consortium, *sola* tamen antecederet ingreditur actum uti justificationis & salvationis, ita quoque Electionis. 2. Distinctio *sanctitatis*, prout spectatur vel ut *imputata* vel ut *inchoata* vel ut *consummata*. Pro diversitate respectus Fides vel *simul* est cum sanctitate, vel eadem *prior* est. *Simul* est cum *imputata*: *prior* est *inchoata* & *consummata*. 3. Distinctio *gratiæ eligentis* ab *ipsa electione*. Fides est *simul* cum *ipsa electione*. Posterior est *gratia eligente*, quam præsupponit ut *causa organica* suam *principalem*.

III. PHOTINIANORUM Socini, Smalcii, Crellii, Volkelii.

I. *An gemina sit Electionis acceptio, quando de salute nostra sermo est?*

§. 59. *Negativam* suadent rationes adductæ §. 7. *Affirmativa* est *Smalcii* (b) asserentis, Electionem *geminam* obtinere significationem: *Generalem*, quando de omnibus, qui in Evangelii prædicationem consentiunt, dicitur, quod à DEO electi sint *1. Cor. 1, 26. & 27.* ubi *vocare* & *eligere* unum & idem sunt. *Specialem*, quando illis tantum *electionis* titulus tribuitur, qui non modo prædicationem Evangelii admittunt, sed etiam secundum istam vitam suam informant *Matth. 22, 14. 1. Petr. 1, 1.*

§. 60. Resp. I. *In genere*. *Smalcium* confundere *Vocationem* cum *Electione*. *Vocationis* non verò *Electionis* gemina deprehenditur significatio: Sumitur enim vel *communiter* pro collectione Ecclesiæ per prædicationem verbi: unde plures vocati dicuntur quam electi *Matth. 22, 14.* Vel *specialius* & *magis propriè* pro vocatione secundum propositum, quæ ejusdem latitudinis est cum *Electione*, justificatione & glorificatione. *Rom. 8, 28.* Ex adverso non nisi *una* est *Electionis*, *quat. salvandos concernit*, acceptio. II. *In specie*. Locus *1. Cor. 1, 27.* variè explicatur. *Paræus in comm. h. l.* intelligit *Electionem propriè dictam*. Estius

Je-

(a) *In cens. cap. 18. pag. 247.* (b) *In Apol. cap. 10. pag. 111. a.* (c) *in Catech. c. 10. pag. 296. 297.*



Jesuita in *Comm. h. l. Apost.* loqui arbitratur de *Electione ad gratiam sanctificantem* & ad *gratiam administrantem* h. e. ut ipse exprimit, de gratia non tantum ad fidem suscipiendam, sed etiam aliis predicandam. Quæ expositio quoniam fundatur in collatione antecedentium & consequentium *cap. 1, 10. c. 3. & 4.* priori omninò præferenda est. (a) Cæterum *Matth. 22. & 1. Petr. 1.* de Electis ad salutem sermonem esse ultro liquet. (b) Appellantur verò quidam *Electi* 1. non ideò, quod vel *predicationem Evangelii admittant*, cum quidam illam reccipiant ( e. gr. *Judæi* ) qui tamen electi non sunt: quidam oblatam prædicationem aliquandiu repudiant, ( e. gr. *Paulus* ) qui tamen Electi sunt. 2. non quod secundum *Electiōnem vitam informant*: Intelligeretur n. informatio aut vera, aut hypocritica: Si illa; assignatur ratio denominationis saltem à posteriori: Sin hæc, tantum abest, hanc appellationem vel appellationis rationem discernere electos à reprobis, ut multis reprobis sit communis; sed quod in fide salvifica finaliter perseveraturi sint. Origo hujus depravationis est falsa illa hypothesis *Photinianorum & Remonstrantium* intelligendam esse h. l. *Electiōnem in tempore*, non ab æterno factam quæ hæretica hypothesis refellitur suprà §. 17.

II. Utrum *Electiōnis aternitas* infallibiliter concludatur ex verbis

ἐξελέξατο ἀπὸ τῆς καταβολῆς κόσμου;

§. 61. Negativam defendendam suscipit *Volkelius*. (c) Negat i. *mentionem fieri aternitatis*. Nam ut enervet argumentum pro divinitate CHRISTI ex *Job. 17, 6.* ab aternitate gloriæ, quam apud Patrem habuit, desumptum, effugium quærit in phrasi *περὶ καταβολῆς ἔκ κόσμου;* & confidenter asserit, illam non *circumscribere aternitatem*, id quod ex dicto nostro classico probare satagit. Dicimus, inquit, rem secus se habere, cum Christus, quamvis ante mundum conditum minime existens apud Patrem gloriam sibi nempe prædestinatam non solùm habere potuerit, sed planè habuerit. Nam & nobis, pergit, ante tempora aterna gratiam datam fuisse, DEUM in Christo nos ante conditum mundum elegisse & amasse sacra volumina testantur; cum tamen ante mundi fabricationem non fuerimus.

II. Verbum ἐξελέξατο non denotat actum, cum tantum involvat con-

G 2

filium.

(a) Vid. *D. Frantzii tract. de Interpret. Script. orac. 12.* (b) *Salmeron* quidem accipit h. l. de electis ad consortium Ecclesie. Sed rectius de membris Ecclesie ab aeterno electis intelligi probat *D. Gerhard.* in *Com. super 1. Petr. 1, v. 2. conf.* Estium in *Com. h. l.* à *Salmerone* socio suo discedentem. (c) *l. 5. de vera Relig. c. 13. & c. 17.*



filium. Quam exceptionem descripsit ex Socino (a); cum verò singulas exceptiones totidem ferè verbis Arminiani repetant & speciosius easdem insinuare audeant, ideò discussionem *Class. 4. q. 1. & 2.* reservamus.

III. *Utrum pbrasis πρὸ κατὰβολῆς κόσμου (v. 4.) innuat, tantum quædam DEI decreta esse æterna?*

§. 62. *Affirmativam contra omnem & Scripturæ & fidei analogiam ex h. l. elicere conatur Crellius. (b) Etsi, inquit, vulgò arbitrentur decreta DEI temporis differentiam non admittere, sed omnia ab æterno facta esse, tamen ne ea nunc repetamus, quæ hinc inde sunt à nobis dicta ad hanc sententiam refutandam pertinentia; id solum ad eam convellendam sufficeret, quod S. literæ ad ostendendam singularem vel rerum vel personarum quarundam præstantiam, aut DEI erga has charitatem, aut deniq; insignem nonnullarum rerum certitudinem commemorant de iis DEUM jam olim & quidem ante conditum mundum decreta fecisse, ut tum de salute nostrâ sempiternâ Eph. 1, 4. tum de Christo salutis nostræ duce & gloria ipsi destinata legimus. At hujusmodi argumentum nullum esset, si id omnibus prorsus DEI decretis commune esset.*

§. 63 *Resp. 1. In genere: Æternitatem divinorum decretorum, quatenus spectantur ut actus immanentes, arguit identitas divinæ essentiæ, cum qua decreta simpliciter & absolute identificantur: Quam identitatem essentiæ & decretorum nemo in dubium vocaverit, nisi simul labefactaverit divinæ essentiæ tum immutabilitatem, quæ excludit omnem omnino & substantialem & accidentalem mutationem: Tum simplicitatem, quæ à DEO removet omnes compositionis species, Metaphysicam quæ coalescit actus & potentia, esse atq; essentiæ, genus & differentia: Physicam quæ consurgit ex concursu partium essentialium & integralium: Mathematicam ex trinâ dimensione procedentem. II. In Specie ad Eph. 1, 4. N. V. C. ab inclusione unius ad exclusionem alterius. Decretum prædestinationis dicitur ab æterno factum. E. decretum creationis & missionis Filii non est ab æterno. Imò invertendum esset argumentum: Decretum electionis est ab æterno. E. etiam decretum creationis: Quia utrumque decretum licet à parte nostri alterum altero concipiatur ut prius, revera tamen est nihil aliud quam decretoria voluntas DEI, quando ab intra consideratur. Dicta reliqua in quibus gloria CHRISTO ab æterno destinata legitur vindicabuntur *Class. 4. q. 3.**

(a) *In Praelect. c. 13.* (b) *lib. i. de verâ Relig. c. 32. p. 329. & 340.*



q. 3. Coronidis loco notanda est γένεσις hujus monstrosæ depravationis. Sicut enim tota compages hæreseos *Photiniane*, ita quoque hujus & ἀπολόφου & ἀθεολόγου opinionis natales derivantur ex confusione rerum merè *naturalium* cum *supernaturalibus* & *mysticis*, in specie verò, ex confusione decreti *humani* cum *divino*. Decreta & actus intellectus practici *realiter* ab ipso sunt distincta. Intellectus porrò *realiter* distinctus est ab ipsâ animâ. Solus divinus intellectus & sola divina voluntas hoc privilegio gaudet, ut nec ab ipsâ divina essentia nec ab actibus & decretis *realiter* distincta sit, quod ex professo in *Art. de DEO & attributis divinis* demonstratur.

IV. *Utrum Apost. v. 5. asserat, Prædestinationem niti probitate?*

§. 64. *Negativam* stabiliunt argumenta §. 9. *opera & merita è sphaerâ causarum removementia*. Iisdem enim *Pontificii, Photiniani, Arminiani & Weigeliani* impugnantur argumentis, quippe qui cæteroquin dissentientes, in eo tamen consentiunt, quod à pietate & probitate justitiam & salutem suspendant. *Affirmativa* est *Volkeli*. (a) *Nec de prædestinatione ejusmodi agitur, inquit, quæ nullam ex parte hominum requirit conditionem sed quæ fidei ac proinde pietatis, quæ illius anima est, conditionem postulat. Sub hac enim conditione nobis Christus adoptionem in filios DEI, qua in re sempiterna nostra felicitas continetur, obtulit. Paulò post. Quare quâ conditione eam nobis obtulit Christus, eadem etiam nobis DEUS eam destinavit.*

§. 65. *Resp.* Hanc *Volkeli* exceptionem laborare partim *ambiguitate*, partim *manifesta falsitate*. *Ambiguitate* quidem laborat ista assertio, *Fidem esse conditionem ex parte hominum requisitam*. Intelligitur enim de Fide spectata vel *absolutè*, prout habitus & actus primi præcepti est, qualem acceptionem *Photiniani* (a) nobis conantur obtrudere; Vel *relativè*, quatenus cum merito Christi conjuncta absolvit electionis causam impulsivam. Juxta *priorem* respectum *fides* intromittitur, juxta *posteriores* ejicitur. *Falsitate* succumbit. Etenim apertè falsum est, *fidei animam esse pietatem*, & sicut *Socinus* se explicat, *opera re ipsa à fide non distingui, sed saltem per viam intellectus*. In contrarium enim apodicticè concludo: *Sicut se habent opera ad justificationem & salvationem: ita quoque se*

G 3

h. a.

---

(a) *lib. 5. de Verâ Relig. cap. 17.* (b) *Socin. in Synopsi de justific. pag. 123. & 124.*



habent ad prædestinationem. Atqui ad justificationem & salvationem ita se habent, ut penitus excludantur Rom. 4, 3. c. 3, 28. Argumentum Volkelii igitur inverto: Quâ conditione Christus nobis adaptionem obtulit, eadem nobis illam destinavit. Atqui obtulit illam sub conditione fidei non quatenus in pietate & probitate consistit, sed quatenus in Christi merito recumbit. E. Major est Volkelii. Minorem confirmant omnia Scripturæ loca fidem salvificam inculcantia Rom. 3, 25. & 28. & c. 4, 3. 4.

V. *Utrum dicamur electi in Dilecto tanquam in causâ meritoria?*

§. 66. *Affirmativam* utpote orthodoxam præmuniunt rationes allatæ §. 15. Tenebras hîc offundit Crellius. (\*) *Non Vulgaribus tantum hominibus, ait, sed ipsis etiam Prophetis licet excellentissimis cæterisque filiis suis [CHRISTUM] prætulit; & quodam modo opposuit, quod & Paulus facit, dum eum Filium dilectionis DEI appellat, aut etiam dilecti nomine simpliciter designat, ut quidem Græca ipsius verba in ea quam ad Epbes. Epist. scripsit testantur cap. 1. 6. Crellius ergo dum Christum ceu  $\Psi\iota\lambda\alpha\nu\theta\rho\omega\pi\omega\nu$   $\Psi\iota\lambda\alpha\nu\theta\rho\omega\pi\omega\iota\varsigma$  præferri certâ ratione & opponi affirmat, eo ipso electionis & salutis causam meritoriam esse negat.*

§. 67. Huic perversæ analysi ut satisfiat, *Resp. Dilectum*, cujus in nostro oraculo mentio fit, considerari dupliciter; nempe ratione *personæ*, & ratione *officii*. Ratione *personæ* præfertur sanctis & DEO dilectis hominibus ut  $\Theta\epsilon\acute{\alpha}\nu\theta\rho\omega\pi\omega\iota\varsigma$  &  $\Psi\iota\lambda\alpha\nu\theta\rho\omega\pi\omega\iota\varsigma$ . Desumit enim Apost. appellationem  $\eta\gamma\alpha\pi\eta\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$  ex concione à Patre cœlesti in ipsa Christi inauguratione habita Matth. 3, 17.  $\delta\tau\acute{o}\varsigma$   $\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu$   $\acute{o}$   $\upsilon\iota\acute{o}\varsigma$   $\mu\epsilon\delta$   $\acute{o}$   $\acute{\alpha}\gamma\alpha\pi\eta\tau\acute{\omicron}\varsigma$ . Vocatur ibi DEI Filius, non ratione miraculosæ conceptionis quæ est hæresis tùm Photinianorum (a) tùm Arminianorum (b). Hac enim appellationis ratione stante, sequeretur Spiritum S. dici posse Christi Patrem, quod tamen Smalcio iudice l. c. falsum est. Sed ratione æternæ generationis, unde Filius DEI unigenitus nuncupatur Job. 1, 18. Quem locum utpote sibi nimis infensum Photiniani (c) nobis extorquere conantur, sed conatu irrito. Ratione

---

(\*) Lib. 1. de Vera Relig. c. 3. p. 303. (a) Socin. in lib. quod Regni Pol. pag. 36. Smalc. in Resp. ad 2. Part. Smigl. (b) in Apol. c. 3. pag. 48. viam præmunierunt Calvinistæ. vid. Gualter. in comm. Luc. 1. Zanch. part. 2. de tribus Elohim lib. 2. c. 6. (c) Socin. de DEI Filio & Spir. S. cap. 5. arg. 1. Ostorod. in Instit. cap. 7.



ne officii spectandus venit ἡγαπημένῳ ut *Propheta* & *Sacerdos*. Ut *Propheta* non tam opponitur quàm contradistinguitur aliis Prophetis Ecclesiæ Doctoribus, seu causa principalis ministerialibus. Ut *Sacerdos* opponitur Sacerdotibus V. T. velut antitypus & prototypus suo typo teste epist. ad Eb. cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Vocatur igitur ἡγαπημένῳ non tantum ratione personæ, sed etiam ratione officii Sacerdotalis & mediatorii: ita ut non tantum à Patre dilectus sit, sed etiam dilectionem nobis, qui Patri exosi eramus, promeruerit.

IV. ARMINIANORUM seu *Remonstrantium in Apologia*:  
in specie v. *Hugonis Grotii*.

I. *Utrum h. l. agatur de Electione ad gloriam?*

§. 68. Negativam, affirmativæ supra §. 7. confirmatæ oppositam *Arminiani* (a) propugnant. Cum enim *Censores Leidenses* hoc loco abuterentur (b) ad Fidem ex actu electionis proscribendam, freti hæretica hypothesi: fidem utpote sanctitatis partem non ad causas, sed ad electionis effecta referendam esse non minus ac ipsam sanctitatem. Remonstrantes hunc nodum non solvendum sed gladio secandum putarunt, affirmantes sermonem esse h. l. de Electione tantum ad gratiam, non ad gloriam. Rationes quibus utuntur, melioris doctrinæ gratia referimus ad duas classes: Quibusdam suam expositionem confirmare, quibusdam verò nostram infirmare laborant. Prioris generis rationes sunt I. Verba ista v. 4. ἐξελέξατο v. 5. πρεσβυς de decreto eligendi ad gratiam accipi posse, adeoque debere. 2. Non ineptum esse statuere, nos in electione, quæ ad gratiam est, electos esse in Christo ante jacta mundi fundamenta, ut simus sancti, etiam si fides sub ista sanctimonia comprehensa intelligatur. De hac electione, pergunt, hunc locum exponit *August.* in lib. de Præd. cap. 9. *Hieron.* in Comm. Posterioris generis rationes sunt I. sequi gloriam esse medium ad gratiam. Nam si DEUS nos elegit ad gloriam eo fine, ut essemus sancti, tùm sanctitas, quæ Gratiæ voce denotari solet, finis est respectu gloriæ. 2. Cum nos electi in Christo Mediatore dicimur, non possumus considerari, nisi ut jam existentes in Christo.

§. 69. Resp. ad rationes prioris generis, seorsim verò ad I. sicut in disputando, ita quoque in interpretando, ἀσυνλογιστως processus fit à posse ad esse & debere: Quæ ἀσυνλογιστία toties in *Arminianorum* sive an-

(a) *Apol. cap. 18. pag. 197.* (b) *In Censura c. 18.*



antesignanis sive sociis *Photinianis* reprehensa fuit ab Orthodoxis. (a) Nec ab isto crimine absolvit Adversarios quidam *Anonymus* (b) excipiens: collectionem istam esse legitimam, quæ ita informatur: Possunt aliter (hæc vel ista verba) *nimirum commode sine torsione & absurditate intelligi. Ergò non est necesse ita accipi, quemadmodum vult adversa pars.* Verùm hanc Collectionem simpliciter illegitimam esse, liquet ex confusione eorum quæ sunt distinctissima. *Aliud est dictionem quandam ita accipi posse sine absurditate; aliud ita accipi debere:* Sicut *aliud est expositionem aliquam esse analogam fidei, aliud expositionem esse analogam textui.* Quæ distinctio non tantùm ad *Photinianorum & Arminianorum* depravationes refellendas, sed etiam ad *Patrum* varias explicationes dijudicandas insigniter necessaria est (c). Ad 2. Hunc locum nimis ineptè *de electione ad solam gratiam* intelligi persuadent argumenta §. 7. subjecta. Nec est cur *Armin.* suæ ἀπασθεντίας vel socium vel patronum quærant, quia adversatur hoc ipsum tum *proprie ipsorum hypothesei*, tum *rei veritati.* *Proprie hypothesei* & huic quidem tum *generali*, quâ omnem & symbolorum & Patrum consensum è disputationibus *de doctrina fidei* removent. (d) *Ex alio quocunq; capite*, inquirunt *vel symbolo humanitè fabricato vel analogia fidei hic aut illic recepta, vel publica aliqua Ecclesiarum confessione, vel ex decretis conciliorum aut Patrum horum vel illorum licet etiam plerorumq; consensu hanc expositionem petere velle, nimis periculosum est.* Tum *Speciali*, qua iidem *Armin.* (e) *Augustinum* ceu heterodoxum *Prædestinatum* rejiciunt. *Rei veritati:* Quia *liber de prædest. & gratia Augustino* minus verè plurium (f) iudicio tribuitur, quoniam nec à *Possid.* nec à *Beda* citatur imò *August. doctrinæ* (g) contrariatur. Vid. Rivet l. 4. cap. 14.

§. 70. Rationum *posterioris* generis *neutra* probabilitatem aliquam sibi vendicat. Non 1. Procedit enim ex falsa hypothesei, vid. *denotari v. 5. sanctitatem tantùm inchoatam non simul consummatam;* id quod suprâ refutatum §. 20. Deinde Adversarii illa ipsa, qua nos premere conantur, absurditate sese implicant. Nam si DEUS nos elegit ad gra-

---

(a) *B. Meisn. in Anthrop. Disp. 25. §. 17. 18. B. Keslero in Log. Photin. sect. 1. pr. m. 4.* (b) *in brevi disq. de iudicio Valeriani Magni super A catholicorum credendi Regula c. 5.* (c) *B. Luth. Tom. Wittéb. fol. 339.* (d) *In conf. cap. 1. §. 17.* (e) *In Apol. c. 6. p. 79.* (f) *Lovanensium, Bellarm. Perkins. ap. Rivetum in Critico sacro l. 4. cap.* (g) *In Enchirid. c. 98.*



gratiam eo fine ut essemus sancti. tūc sanctitas h. e. gratia, interprete *Apo-  
logia*, finis est respectu gratiæ: Et sic idem esset finis & efficiens sui ipsius.  
Porro, non subsumunt de eodem, quod proposuerant: Hoc saltem sequere-  
tur: *E. electio ad gloriam est medium ad gratiam.* Et denique, non  
omnis causa, propter quam aliquid fit, est medium vel ministerialis causa,  
ad consequendum finem. Atque ita *electio ad gloriam*, necessum non est,  
ut sit medium consequendæ olim sanctitatis, sed adsunt alii modi causan-  
di, juxta quos *electio ad gloriam* dici potest causa futuræ sanctitatis, scil.  
*intentionalis, dispositiva &c.* 2. Electi dicuntur extitisse in CHRISTO  
ratione intuitus, quæ credituri & in fide perseveraturi erant, non ratione  
*actus.*

II. Utrum ex h. l. v. 4. infallibiliter colligatur *Ele-  
ctionis aternitas?*

§. 71. *Affirmativam* membro I. §. 17. demonstratam infringere  
conantur Remonstrantes. [a] Ex iis, ajunt, quæ jam à nobis præmissa sunt  
patet falsum esse quod *electio sit ab aeterno.* Unus tantum in *Scripturâ* lo-  
cus est, qui id affirmare videtur. Unde communis iste error natus est, lo-  
cus vid. *Eph. 1, 4.* ubi DEUS elegisse *Ephesios* dicitur ante jacta mundi fun-  
damenta. Ne verò sine ratione ratiocinari videantur, duo probanda assu-  
munt, nim. *verbum eligendi pro decreto eligendi non autem pro ipsâ ele-  
ctione accipi* 1. POSSE. Nec mirum. inquit, nec novum id videri de-  
bet, cum *Spiritui S. in Scripturis familiare sit affirmare, datum nobis esse*  
*ante tempora secularia, quod ut daretur nobis ante tempora secularia de-  
cretum est.* Ita gratia dicitur nobis data *2. Tim. 2, 1. 9.* Ita Christus dicitur  
habuisse gloriam illam *Johan. 17, 5.* Nos dicimur vivificati *Ephes. 2, 5.*  
*transivisse de morte* 1. *Joh. 3, 14.* glorificati *Rom. 8, 30.* [b] II. DEBERE. Ra-  
tio manifesta probat, pergunt, quia *electio hæc facta in Christo dicitur.* Un-  
de pag. 191. concludunt, falsum esse (quanquam id plerique hætenus te-  
nuerunt) *electionem uspiam in Scripturis ab aeterno factam dici aut eam*  
(nisi pro decreto sumatur) *in scripturis proponi ut actionem DEI internam*  
*seu immanentem, quæ in DEO ab aeterno fuerit: & contra Verissimum esse,*  
*quod electio in scripturis proponatur ut actio DEI externa seu transiens &*  
*quæ in tempore cæpit contra quam hætenus ferè creditum est.*

H

§. 72.

[a] In *Apol. c. 18. pag. 190.* [b] *Eadem ll. urget Grotius in Ann. ad  
Eph. 1, 4.*



§. 72. Resp. Non unum tantum sed plura loca esse, in quibus hæc de æterna electione sententia fundatur; vide supra adductum oraculum §. 15. Rom. 9, 11. Hac vice seorsim demonstrandum est, verbo ἐξελέξατο decretum eligendi intelligi non posse. Quod ut obtineatur advertendum formulam illam καὶ ἀβολῆς κίσμις decies in N. T. legi: Construitur enim *Ter* cum præpositione *περ* Ephes. 1, 4. Joh. 17, 24. 1. Pet. 1, 20. *Septies* cum præp. *ἀπό*. Atqui formula illa cum præp. *περ* combinata ubique æternitatem circumscribit, Joh. 17, 5. Petit Christus, 1. gloriam non *finitam* & *creatam* ut Calvinistæ contendunt ferè omnes [a] quorum vestigia, sicut in hoc negotio solent, legunt *Jesuitæ* [b] sed *increatam* & *infinitam*, quæ est proprietas DEI essentialis. 2. (gloriam) quam habuit *περ* καὶ ἀβολῆς re ipsa non v. per Prædestinationem, ut vult *Polanus* [c] Photinianizans, cui merito opponimus contrariam & hanc quidem nobis *ὁμολογησαν* expositionem *Calvinistarum* saniorum. [d] Quænam sit orthodoxa analysis 1. Petr. 1, 20 liquet ex dictis §. 17. Loca reliqua ab *Arminianis* objecta explicatu non sunt difficilia, 2. Tim. 1, 9. Gratia dicitur nobis data ante tempora secularia vid. *per electionem* docente Apost. καὶ ἰδίαν *περ* θεσιν. Confertur gratia in tempore per illuminationem Salvatoris, interprete eod. Apost. Ab æterno igitur re ipsa data dicitur gratia electionis; in tempore gratia vocationis, justificationis, salvationis. Eph. 2, 5. 6. loquitur Apostolus de spe juxta *Vorstium* Remonstrantium Antesignanum. 1. Joh. 3, 15. asseritur, credentes in se vitam æternam habere non nuda Prædestinatione sed ipso actu secundum Scripturæ phrasin. Nam Christus per fidem habitat in cordibus credentium Ephes. 3, 17. Atqui Christus est vita æterna. 1. Joh. 5, 20. Ad Rom. 8, 30. respondet *Vorstius* in Com. dupliciter: Loqui *Apostolum* vel de glorificatione, quæ in hanc vitam cadit h. e. de firmiore quadam sanctificatione & præparatione ad gloriam cœlestem (quam quidem explicationem utpote Scripturæ tenori parum conformem, meam non facio.) Vel de futura glorificatione si dicamus enallagen esse præteriti pro futuro.

V. HU-

[a] Zanch. lib. 2. de incarnatione quest. 12. p. 491. cujus exceptiones examinat D. D. Tarnov. in Comm. ad Joh. 17. v. 5. [b] Bellarm. lib. 3. de Christo cap. 9. Gregor. de Val. Tom. 4. Diss. 2. q. 6. punct. 2. [c] lib. 2. Syntag. c. 31. [d] Junii Tom. 2. Operum Defen. 3. de S. Trinit. Zanch. de trib. Elob. part. 2. l. 2. c. 5.



V. HUBERIANORUM.

I. *Utrum demonstrativum ἡμᾶς v. 4. inferat electionis Universalitatem?*

§. 73. *Negativam* certam efficiunt rationes, quibus §. 16. evictum est, Electionis objectum non esse omnes homines nec omnes aliquando credentes, sed *in fide finaliter perseverantes*. *Affirmativam* præpostero zelo, ut eò feliciter particularitati Calvinisticæ Electionis contradicat, amplexus est *Huberus* qui sibi persuadet *Paulum loqui universaliter de omnibus hominibus, nemine hominum prorsus illo DEI decreto à Christo excluso, sed omnibus inclusis in decreto & Filio communi Redemptore generis humani*. Ex h. l. autem ita ratiocinatur: *Quoscung, Paulus sua Epist. alloquitur, eos omnes complectitur hac voce: Elegit nos in ipso. Alloquitur vero totam Ephesiorum Ecclesiam, sine ullo discrimine verè credentium & hypocritarum*. Eadem recurrunt in *Scripto Ambergensibus* dedicato p. 122. *Si, inquit, consideramus DEI auxilium & dilectionem omnibus declaratam, nominantur non tantum omnes homines electi DEI ante mundi fundamenta ad gratiam, sed appellantur etiam dilecti, sanctificati DEI*. Allegat locum 1. Cor. 1, 1.

§. 74. Resp. (1) *Per inversionem*: Alloquitur totam Ecclesiam Ephesinam sed habito respectu verè credentium. *E non omnes pronunciantur electi*. Antecedens est *Apost.* qui inscribit Epistolam *sanctis & benedictis v. 3*. At vero non nisi qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abrahamo. *Gal. 3, 9*. (2) distinguenda sunt Epitheta generalia & communia à specialibus. Illa competunt toti cœtui, quoad singula membra, e. g. quando Epist. inscribitur *Ephesius κληῖοῖς*: *Hæc conveniunt ipsis secundum certa membra, e. g. dum Ephesii dicuntur electi*. Hanc distinctionem urget *B. Lutherus* in lib. contra cœlestes PP. *Scriptura, ait, vulgato modo usurpat Synecdochen. h. e. nominat aliquod totum & tantum ejus intelligit aliquam partem* Quemadmodum facit cum populum *Israëliticum* vocat *peculium & peculiarem populum DEI, cum tamen major semper illius pars Diaboli, minor DEI fuerit*. Quemadmodum & *Paulus Corinthios, Galatas aliasq, Ecclesias civitates DEI nominat*. (3) Deducitur *Huberi* depravatio ad incommodum. Paterocinatur illa hæresibus crassioribus (a) *Papismo & Arminianismo*, de Electione neminem posse esse certum. *Puccianismo*; dum iisdem, quibus *Puccius*, utitur fundamentis, licet ad eundem finem non tendentibus, sicut ex *Osiandro & Junio, Puccii Antagoni-*



stis videre licet. (b) *Sven seldianismo*: Quia efficaciam & necessitati verbi ac Sacramentorum eo ipso quod justificationem & sanctificationem *justis & nonjustis* adscribit derogat. Præterea tollit discrimen inter vasa gratiæ & iræ *Rom. 9, 23*, eludit distinctionem Legis & Evangelii, salvandorum & damnandorum, Ecclesiæ à Synagoga malignantium, sicut *Hubero* objicit *B. Hutterus*. [a] Nec est cur in subsidium advocent dictum *1. Cor. 1, 1*, pridem ab orthodoxis [b] vindicatum: Inscriptio enim hæc, præsertim, titulus *sanctitatis* attribuitur cœtui vocatorum, *1. non ratione omnium*, sed *ratione quorundam*; dirigitur illa *specialiter* ad Corinthios exclusis illis qui foris sunt: *c. 5. specialius* ad sanctificatos, exclusis scortatoribus. *c. 6. ad vocatos sanctos* exclusis, qui extra sanctorum gremium sunt; *Specialissimè* ad invocantes nomen domini, exclusis non invocantibus. II. *non ratione singulorum membrorum* doctrinam istam professorum & à gentilismo separatorum, uti *Volke'ius* [c] somniat, deceptus fallaci hypothese sanctos dici Corinthios, ob solam confessionem doctrinæ & vitæ sanctimoniam, *sed tantum ratione verè credentium atq; electorum* in cœtu isto latentium, sicut seipsum *Apost.* explicat partim *v. 2. ἡγιασμένους* scil. per fidem *Act. 26, 18.* partim *v. 31.* ubi Christus dicitur nobis factus sanctificatio quat. sanguine suo nos abluit & fide corda purificat. [d]

II. *Utrum ex h. l. (v. 6.) rite deducatur universalitas causarum Electionem ingredientium?*

§. 75. *Negativam* adstruunt fundamenta membr. 1. §. 15. 30. 35. substrata. In contrarium urget *Huberus* universalitatem *1. divine dilectionis & eudoxiæ*: Deum omnes prædestinasse quos dilexit in dilecto. Atqui totum Mundum dilexit. *Job. 3. v. 16. 2. divine intentionis*, omnes illos electos esse, quos DEUS vult ut sint sancti & irreprehensibiles. Vult autem DEUS ut omnes tales sint. Verum *neutra* exceptio meretur aliquam verisimilitudinem. Nam *1. confunditur DEI dilectio generalis à cujus positione ad positionem electionis N.V. C. cum speciali*; quam h. l. intelligi supra §. 34. demonstratum dedi. Hæc autem fundatur in Dilecti merito considerato *non ratione acquisitionis & oblationis* cujus universalitatem

[a] *in loc. de prædest. pag. 830.* [b] *Theol. Witteberg. in explicatione hujus contro. Franc. An. 1594. cum M. Lauterbach. edita.* [c] *l. 4. de V. Relig. cap. 4.* [d] *Vid. Rev. plur. atq; Excell. Dn. D. Martin. in Coll. A. G. disp. 9. §. 44.*



tem concludunt dicta generalia & specialia §. 37. citata: Sed *ratione applicationis* quatenus fide perseverante apprehenditur. Ad II. confunditur voluntas *antecedens & consequens*. Sanctitas *inchoata* cum *consummata*. DEUS vult omnes esse sanctos sanctitate illa quæ est hujus vitæ, voluntate *antecedente*: Vult tantum credentes esse sanctos sanctitate consummata, quæ est alterius vitæ, voluntate *consequente*. Marc. 16, 22. Johan. 3, 16.

MEMB. III. Ex ἀναλύσει atque ἑπιλύσει inferens Orthodoxam  
thesin eius oppositam antithesin.

THES. I. Prædestinatio §. 24. est merè gratuita §. 9. 28. & æterna §. 17. ordinatio DEI propter Christum §. 15. proponentis salvare quosdam ex lapsis hominibus §. 11. 12. quos vid. previdit non petulanter rejecturos gratiam vocationis, justificationis sanctificationis & perseverantiæ in tempore ipsis offerendam §. 16. ad laudem gloriæ gratiæ suæ. §. 31.

§. 76. Errant igitur I. Papistæ tum circa definitum Prædestinationem ad reprobationem extendentes. [a] Tum circa definitionem, partim heterogenea, Angelos per excessum intromittentes, [b] partim homogenea, causam meritoriam & organicam prætermittentes. [c] II. Calvinistæ circa definitum prædestinationem ab electione ceu latius ab angustiiori distingventes [d] cum quibus committimus Censores Leidenses electionem & prædestinationem ceu Synonyma conjungentes & in eandem definitionem utramque cogentes in *Censura* c. 18. Tum circa definitionem (cum Papistis) homogenea, causam meritoriam & organicam omittentes, admissio solo DEI beneplacito (quem errorem è Scholasticorum claustris primitus prognatum esse non dissentitur *Wetteravici* [e] III. Arminiani: Tum circa definitum, distinguentes electionem in eam, quæ fit ad gratiam, & in istam, quæ fit ad gloriam, illamq; cum vocatione confundentes, hanc ad actus hujus vitæ salvificos referentes. [f] IV. Photiniani tum circa

H 3

de-

---

[a] Gregor. de Val. Tom. 1. disp. 1 q. 23. punct. 1. Tanner. Tom. 1. Theol. Schol. disp. 3 q. 2. d. 1. n. 1. secuti Thomam 1. d. 40. q. 1. art. 2. [b] Greg. de Val. & Tan. ll. cc. Bellar. lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 9. [c] Gregor. Bell. Tann. ll. cc. Didacus Alvarez. lib. 5. de auxiliis gratiæ. disp. 35. num. 3. & 4. [d] Novissimè Theologi & Dordraceni tum Exteri, Embdani in Actis p. 573. & c. tum provinciales part. 2. pag. 14. [e] in actis part. 1. Judic. de art. 1. p. 518. [f] Conf. 1. p. 17. §. 2.



definitum electionem in tempore factam fingentes. [a] Tum circa definitionem substernentes eidem non singulos perseveranter fideles nominatum, sed gentis hominum. [b] V. Huberiani circa definitum spectatum, & in abstracto contra emphasim & vim vocis particularitatem includentes, electionem nihilominus universalem obtrudentes. [c] Et in concreto inter ἐκλεκτῶν atque ἐκκλησιῶν nimis curiosè distinguentes.

II. *Causa Prædestinationis Principalis est DEI εὐδοκία.* §. 29. Meritoria Christi meritum ratione intuitus & prævisionis spectatum §. 15. 26. Organica fides illud meritum apprehendens §. 16. Formalis ordo electioni inclusus §. 15. 16. Objectiva remota; homo peccator, 11. 12. proxima idem finaliter in fide perseveraturus 15. Finalis à parte DEI laus gloriose gratiæ ejus; à parte Nostri adoptio & sanctitas potissimum in altera vita consummata.

§. 77. Errant igitur Papistæ (1) circa causam principalem, quando unà cum Calvinistis εὐδοκίαν absolutam, nullam causam intermediam admittentem & consequenter absolutum electionis & reprobationis decretum somniant. Frustra enim quosdam Papistas dissensum à Calvinistis in hoc cap. prætere probant testimonia [c] & suffragia. [d] Circa meritoriam & organicam dum prædestinationem non à merito Christi fide apprehenso, sed ab operibus suspendunt, vel implicite [e] asserentes DEUM prædestinare cum respectu ad cooperationem liberi arbitrii: Vel explicitè. [f] (3) Circa objectivam, spectatam vel ratione quantitatis: Ad hanc enim Angelos revocant, ut supra insinuatam: Vel ratione qualitatis: Electioni enim substernunt hominem non quatenus peccator est, & in massa corrupta, sed quatenus fuit massa indifferens & formabilis ad utrumq;. [g] 4. Circa formalem dum in ordinibus omninò ἀσπίσως excog-

[a] Socin. in Prælect. c. 13. pag. 70. [b] Huber. in scripto Ambergensibus dedicato. [c] Vid. Scholast. orthod. à Ferrio Calvinista M. tensi An. 1616. cum approbatione Pastorum Ecclesiæ Gedanensis editum. [d] Fatetur Greg. de Val. Tom. 1. disp. 1. q. 23. p. 3. sententiam Bannes, Cajetani, Beza & aliorum Calvinistarum coincidere. Adde Titelman. in argum. Epist. ad Rom. Perer. Disp. 12. ad Rom. Corn. Jansen. comm. in Eccl. 41. vers. 12. Estium comm. Rom. 9. p. 112. [e] Greg. de Val. l. c. Suarez. part. 1. tract. de Præd. l. 2. [f] Becan. disp. de Præd. c. 3. Tanner. T. 1. disp. 3. qu. 4. dub. 4. conclus. 6. [g] Suarez. l. 1. cap. 4. §. 4. Estius in comm. Rom. 9. quibus contradicit Bell. l. 1. de Grat. c. 9. Becan. part. 1. Th. Schol. c. 16. q. 3.



cogitandis adeò dissentiunt ut nullus ab iisdem consensus expectari queat. Vide *Vasquez. Dissp. 49. n. 43. Tann. l. c. dub. 10.* ubi duos ordines rejicit & tertium prioribus non tolerabiliorem subjicit p. 967. Nec sublata est acerri-  
ma de ordine concertatio inter Dominicanos & Jesuitas exorta, cujus com-  
positionem frustra à Rom. imploratam esse testatur *Lessius Dissp. Apolog. de  
Grat. divina.*

§. 78. Errant II. Calviniste circa causas singulas quemadmodum  
luculenter illud testantur placita membr. 2. Class. 2. prolixè congesta.  
III. Photiniani circa efficientem principalem quando DEO eligenti adjun-  
gunt liberam hominis actionem, hinc distinguit eorum Patriarcha [a] in-  
ter electionem firmiorem cum quis non tantum prædicationi Evangelicæ  
assentitur, sed etiam se eadem dignum gerit, & infirmiore quâ quis tantum  
assensum præbet; in hac utraq; hominis voluntatem & factum requiri  
statuit. 2. Circa meritoriam, cujus personam & officium abnegat. [b]  
3. Circa organicam fidem, quam non possunt non destruere, quia objectum  
ejus meritum CHRISTI tollunt, unde est, cur eandem non in fiducia sed  
in obedientia collocent. [c] 4. Circa objectivam, quoniam peccati origina-  
lis existentiam negant [d] & porrò hominem peccatorem electionis ob-  
jectum remotum statuere nequeunt. 5. Circa formalem. Sicut enim  
decretum & electionis executionem, ita ordinem decretorum subvertunt.  
IV. Arminiani: Ostenditur hoc ipsum in genere; quia pridem consensum  
cum Photinianis circa electionem prodiderunt, dum apertè consensum ad-  
mittunt & jactant circa executionem in actu justificationis; asserunt enim  
[e] Socinum quoad summam rei cum Orthodoxis conspirare. In specie  
I. circa efficientem, gratiam seu eudoxiam DEI, cui unà cum Papistis & Pho-  
tinianis tantum detrahunt, quantum cum iisdem adscribunt & deferunt  
operibus & obedientiæ. Hinc *Apolog. p. 190.* Electionem ad gloriam fi-  
dem, non quatenus meritum Christi apprehendit sed quatenus opus & actus  
noster est. præsupponere statuit. 2. Circa meritoriam. Etenim *Apol.  
cap. 3.* affirmat, Dilectum in quo electi sumus dici Filium DEI non ob æter-  
nam generationem, sed ratione temporalis Matth. 1, 38. ratione sanctifica-  
tionis & missionis in mundum Job. 3, 35. resp. resurrectionis Act. 13, 32. De-  
fici-

---

[a] *Socin. c. 13. præl. pag. 61. 62.* [b] *Socin. in libb. de Servat. per tot.  
Catech. Racov. Art. 4. Ostorod. contra Tradel. part. 2.* [c] *Socin. in frag-  
mentis de Justific. p. 106.* [d] *Socin. in lib. quod Regni Pol. & c. cap. 5. in  
Præl. c. 4. Smalc. disp. 2. contra Franzium Ostorod. c. 27.* [e] *In Apolog.  
cap. 10.*



ficiunt enim *Arminiani* circa Christi meritum si non ratione acquisitionis quod crimen illis *Censores* impingunt. [ff] dum *Socinianismi* reos pronunciant *Remonstrantes*, attamen ratione applicationis quæ peragitur beneficio fidei meritum apprehendentis. 3. Circa *fidem*, quam non è prædicamento *relationis*, sed ex prædicamento *qualitatis* per habitum & actum definiunt in *Apol. p. III.* 4. Circa *objectivam*: Substernunt enim DEO eligenti hominem non finaliter *crediturum*, sed *credentem* & actu conversum, in exitu vitæ demùm consideratum. [f] *V. Huberiani.* Confundunt enim 1. ex parte DEI voluntatem antecedentem, in quâ fundatur universalis & Patris dilectio, & CHRISTI redemptio, & Spiritus S. per verbum & Sacramenta vocatio, cum *consequente*, cum quâ connexa est specialis DEI dilectio, meriti Christi applicatio & quæ  $\epsilon\pi\ \pi\epsilon\acute{o}\ \tau\epsilon\sigma\upsilon\upsilon$  fieri dicitur, vocatio *Rom. 8, 29.* 2. Ex parte nostri hominem, quatenus ut vocatus & ut electus in Christo spectatur.

III. *Attributa Prædestinationis à causis th. 2. propositis emanantia sunt*  
 1. *Unitas* & cum executione  $\sigma\upsilon\mu\phi\omega\nu\iota\alpha$  seu *conformitas* §. 5. 2. *Æternitas* §. 17. 3. *Immutabilitas* §. 17. 4. *Certitudo* & *infallibilitas* §. 24. 5. *Particularitas*, vel ad homines finaliter credentes restricta *universalitas* §. 16. 30.

§. 79. Errant igitur I. *Papista* 1. Circa *unitatem*: Hanc enim obliquè negant, dum justificationis diversitatem affirmant, *aliam* fuisse justificandi rationem ante legem, *aliam* sub lege, *aliam* sub Evangelio, *aliam* Judæorum *aliam* gentilium [g] Nec *conformitatem electionis atq; executionis* intemeratam relinquunt, dum justificationem & salvationem ad opera restringunt, Electionem vero ab iisdem imprudenter absolvunt. 2. Circa *certitudinem*: Hanc enim qui sibi pollicentur, citra specialem revelationem anathemati obnoxii sunt [b]. II. *Calvinista*. 1. circa *conformitatem* quam labefactant, annumerando alias causas electionis, alias justifi-

[ff] In *Prefat. Censura præfixa.* [f] *Remonstr. in Confess. cap. 18.* [g] *Vid. Rev. pl. atq; Excell. Dn. D. Lyseri, Promotoris & Præcept. meritiss. Disput. de vera Religione primi mundi ad temp. Abrab. §. 34.* [b] *Concil. Trid. sess. 6. c. 12. & 13 can. 15. Conf. Bell. l. 6. de justif. c. 12. Greg. de Val. T. 1. p. 576. Becan. disp. de præd. q. 2. c. 6. Cornel. à Lap. in Comm. ad Eph. 15. Didacus Alvarez l. 5. de auxiliis grat. disp. 42. n. 8. & seqq. colligit quedam signa arguentia, num homo sit prædestinatus, ita tamen ut illa conferre existimet certitudinem non infallibilem, sed saltem moralem, timorem & oppositi formidinem non excludentem.*



stificationis & salutis. [i] Circa certitudinem: Hanc enim licet in *theoria* propugnent, contra verò incertitudinem oppugnent in *Papistis, Arminianis & Photinianis*, in *praxi* tamen eandem asserere nequeunt non diffitentibus *Calvinistis*. [k] Conantur quidem *Embdani* in *Act. Syn. Dordr. judic. de 5. Art. p. 854.* certitudinem istam stabilire argumento à fide petito: *Qui credit in Jesum salvabitur. Ego credo. E. salvabor.* Sed nullo successu: quia tentatus excipere potest, sibi non constare *an fides, quæ credit, sit salvifica, an verò temporaria.* Item: Fundamentum fidei suæ est ruinosum cum ipsi non constet, ad se pertinere particularem DEI dilectionem & Christi satisfactionem. [a] III. *Photiniani & Armin.* circa *Unitatem*; distinguentes electionem *firmiorem* ab *infirmiori* & *diversam* justificandi rationem in *V. & N. T.* somniantes. [b] 2. circa *immutabilitatem* atque *æternitatem*, docentes *electos* posse excidere *Socin.* in *Præl. c. 12.* [c] 3. circa *certitudinem*: Neminem ante vitæ finem de electione certum esse posse, imò dubitationem laudabilem ac cum primis utilem dicendam esse pronunciantes [d] IV. *Huberiani* 1. circa *unitatem*, *Huberus* enim responsurus ad locum objectum *Matth. 20, 16. c. 22, 14.* distinguit electionem in *generalem & specialem*; 2. circa *immutabilitatem* asserentes *electorum* numerum posse augeri & minui. 3. circa *particularitatem*, electionem universalem introducentes.

MEMBRUM IV. Αναλύσις, Πηλύσις & γενέσις πραγμάτων  
succinctam subjiciens.

§. 80. Orthodoxyia Prædestinationis ex *Eph. 1. v. 4. 5.* asserta transferenda est ad usum *Theoreticum & Practicum*. THEORETICUS absolvi-  
tur 1. Διδασκαλία. Informat enim nos 1. in *Θεολογία* h. e. in illis fidei  
articulis in quibus consideratur DEUS [e] ἰσιωδῶς ratione *essentie & attributorum* tùm ἀνεργημάτων h. e. per operationes forinsecus sese non exerentium;

[i] *Suprà membr. 2. class. 2. q. 1. & 2.* [k] *Zanch. in Miscell. 3. pag. 302. Piscator Vol. thes. Loc. 20.* [a] *Conf. DD. Theol. Marburg. in der Ausführung c. 5.* [b] *Socin. in Præl. cap. 13.* [c] *Smalc. de Nat. DEI F. c. 10. disp. 4. contra Fr. 8. Socin. part. 2. de Serv. c. 13. Armin. in Apol. c. 7. Remonstrantes Geldri in Syn. Provinc. Grevinchov. pag. 38. 39. idem pag. 137.* [d] *Remonstr. in Epist. ad Walachbr. pag. 75.*



( 00 )

tium; quale est *eternitas & immutabilitas*: Tùm *ἐνεργητικῶν*, quale est *justitia* elucens in CHRISTI Prædestinationem promerentis satisfactione: *Gratia*, refulgens in gratuita Electorum propter Christum acceptatione. [β] Ἰποστατικῶς: Introducuntur enim singulæ S. S. Trinitatis personæ: Κατὰ τὴν ἑνὴν quidem tùm *prima* quæ absolute vocatur *θεός*, voce ista *personaliter* accepta in oppositione & relatione ad cæteras S. Trinitatis personas: Tùm *secunda* cujus æternitas insinuatur, quando in ipso *πρὸ κατεβολῆς κόσμου* electio facta dicitur. Κατὰ τὴν Διανοίαν exprimitur *tertia*. Hæc enim ἀρ-  
pellatur *πνεῦμα υἱοθεσίας* Rom. 8, 15. ad quam prædestinati sumus. [δ] *Ενεργητικῶς* respectu *operationum immanentium*, quales sunt decretum *creationis*, *missionis Filii*, *vocationis*, *sanctificationis*. II. In *Ἀνθρωπολογία* h. e. in *Artic. de homine* spectato in statu [a] *concreata perfectionis*, quâ nisi homo per lapsum excidisset, electio locum non habuisset, nec enim sine absurditate statueretur, hominem fuisse electum in Christo, si non ut Mediatore, tamen ut gloriæ consummatore, quæ est *Pererii* hypothesis. [b] *Defectionis*. Πέδησις enim, juxta quam electio facta est præsupponit *πέδησιν* lapsus. [c] *Refectionis*. Elegit enim DEUS homines, quos prævidit in fide perseveraturos. III. In *θεανθρωπολογία* seu *χρυσολογία* h. e. in *Articulis* ubi agitur [a] *de CHRISTI persona* utraque natura constante: Si enim consideraretur h. l. ut *Λόγος* & *ἄσαρκος*, non verò ut *ἑνωτικὸς* utique diceremur à Christo non in Christo electi [b]. De *officio & beneficiis* quat. exerunt sese in *salutis decreta oblatione* per verbum & Sacramenta, quorum mediatorum interventu fides, qua homo electus in Christo dicitur, excitatur: In *oblata applicatione*; in *testificatione* per *ἀγιοσύνην* seu opera DEO placentia; in *consummatione υἱοθεσίας* de qua v. 5. II. *Ἐλέγχω*. Demonstranda venit ex h. l. heterodoxia dissentium: Seorsim verò operosius refellenda I. *Cæcitas & dissensus Papistarum*; Horum enim, quos in *Theologia Anthropologia & Theanthropologia* fovent, errores oraculum nostrum evidenter arguit & detegit. 2. *Impietas Calvinistarum*. Absolutum enim Electionis & reprobationis decretum subvertere & labefactare Fidei fundamentum tùm *substantiale* seu *hypostaticum* videl. DEI eligentis gratiam ac meriti Christi efficaciam. tùm *organicum*, verbi ac sacramentorum, quibus salus decreta offertur, *ἐνεργεῖαν*. [a] Tùm do-

[a] Conf. Dn. D. Nic. Hunnii p. m. *ΔιςτικεΨω* de fundamentalī dissensu quest. 3. cap. 3. DD. Marpurgenses in der gründlichen Ausführung contra Cassellanos cap. 1. pag. 1. cap. 2. pag. 26. & seq.



*dogmaticum*, quod est ipsa scriptura S. non difficulter ex suprà allatis ostendi potest. [a] 3. *Furacitas & Sacrilegium Photinianorum & Arminianorum.* Tantùm enim Hæretici isti divinæ gratiæ & misericordiæ detrahunt, quantum operibus à quorum prævisione electionem arcessunt, deferunt. 4. *Universalitas Huberianorum* quæ viam quasi sternit ad Papismum, Arminianismum, Swenckfeldianismum vid. §.

§. 81. PRACTICUS consistit I. in *παιδεία*. Invitat enim nos Prædestinatio I. *ad agnitionem divinæ bonitatis*, quæ nos æterno exitio obnoxios in Christo & per Christum ab eodem vindicare decrevit: 2. *Ad studium pietatis*: sumus electi ut essemus sancti. 3. *Ad studium mutue charitatis* ut sincero amore prosequamur, quos eodem nobiscum libro inscriptos, & gratiæ & gloriæ participes atque consortes habebimus. 4. *ad tolerantiam adversitatis*. Quos enim Deus præscivit prædestinavit conformes fieri imagini Filii ejus per participationem crucis in præsentem; per assimilationem lucis & gloriæ in futura vita. II. in *επινορθώσεις*. Admonet nos inspectio & evolutio *libri vitæ*, ne coinquinemus *librum conscientie* obelisco & infami nota I. *securitatis & impænitentiæ*, quia impœniteres pedibus conculcant *librum vitæ* Christum *Ebr. 6.* nec cogitant ad se pertinere, ut operentur salutem in timore *Phil. 2, 12.* ut videant ne cadant. *1. Cor. 10, 12.* 2. *Incredulitatis & diffidentie*: Hac enim qui laborant, uti bonitati divinæ diffidunt, ita nec in Christo sunt, nec in eodem electi dicuntur. 3. *Inobedientiæ*, quæ alienissima esse debet à nobis *εὐνοίας*, quæ cum promptissima obedientia connexa est, prædestinatis. III. In *ἡρώδης*. Etenim prædestinatio seu inscriptio in *librum vitæ*, est fundamentum & scaturigo omnis solatii & gaudii. Opponendus est *liber vitæ* I. *libro legis* maledictum interminantis. Hujus enim chirographum delevit is, cujus sanguine inscripti sumus *libro vitæ*. 2. *Catalogo & vastissimo volumini peccatorum*. Nam Christi meritum & fides, cujus interventu *Libro vitæ*, Christo, inferimur, molestum illud volumine tegit, ne in conspectu judicis comparere, & nos vel accusare vel damnare possit. 3. *libro & catalogo mortis æternæ*. Salvabitur enim omnis qui inventus fuerit scriptus in libro. Pro insigni gratia *Electiōis, vocationis, justificationis, adoptionis & sanctificationis* gratiosissime DEUS Tibi immortales persolvimus gratias, & calidissimis suspiriis postulamus, ut bonum, quod incepisti, in nobis perficias, & quos elegisti, vocasti, justificasti, tandem glorifices, Amen.

F I N I S.

[e] *Conf. DD. Theol. Marburg. l. cit. c. 5. pag. 309.*



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Coll. Diss., A 182, uncl. 3